de Eucharistia Cz
Acerbitas scriptorū polem. c. 8.

3198

de Eucharistia Cz
Acerbitas scriptorū polem. c. 8.

3198

EPISTOLA

APOLOGETICA AD SYNCERIORIS CHRISTIANISMI SECTATORES per Frisiam orientalem, & alias inferioris Germaniæ regiones, in qua Euangelij Christi uere studiosi, non qui se falsò Euangelicos iactant, ijs defenduntur criminibus, quæ in illos ERASMI ROTERODAMI epistola ad Vulturium Neocomum, intendit.

Per ministros Euangelij, ecclesiæ ARGENTORATEN.

EVANG. SEMINARIUM-BIBLIOTHEK IN HERBORN

Act. XXV.
Multa & grauia crimina intendebant aduersus Paulum, quæ non poterant probare.

M. D. XXX.

EPISTOLA

APOLOGETICA.

pro Euangelij uere ſtudioſis.

QVI CHRISTI EVANGE-
lion Argentorati adnunciant, eiuſdem profeſſo
ribus & ſectatoribus, per Friſiam orientalem,
& alias inferioris Germaniæ regiones in-
crementa ſancti ſpiritus præ-
cantur.

NISI nota uobis eſſent, chariſſimi fra
tres, quæ olim in Chriſtianos con-
ficta, & tantũ non orbi perſuaſa cri
mina fuere, certumq; teneretis, ſic eſſe ſortem no
ſtram, ut in nos conſpirent, ac pro ſe quisq; quan-
tis poſſit uiribus, oppugnent, non hi ſolum qui &
mundo mali habentur, ſed etiam quos ille cum re
ligionis, tum eruditionis, ac aliis plauſibilioribus
nominibus admiratur, haudquaquã mirum eſſet,
quæ atrocia quotidie de nobis, noſtriſq; eccleſiis
ſparguntur, ſcriptisq; clariſſimorum hominũ con
firmantur, ac ſeculorum etiam memoriæ conſe-
crãtur, ſi pridem & uobis ac bonis omnibus, qui
noſtra ipſi non uiderunt & audierunt, oĩm mor-
talium ſceleratiſſimi, luceq; hac indigniſſimi ha-
beremur, utpote qui ſacratiſſimum Chriſti ſerua

toris nostri Euangelion, per se hominibus nondũ spiritu superno donatis, ac ideo sibiipsis tantũ studentibus, inuisum, nostris præterea flagitiis infamatũ, plus inuisum redderemus. Sed in uobis ipsis pridem experti estis quàm uerum prædixerit seruator fore, ut de his qui ipsi nomẽ dederint, omne malum dicatur, sed falsõ, odioq; sint ipsi omnibus hominibus. Etenim si in Christum ipsam innocentiam & iustitiam, adeò sæuire potuerunt, quiq; inter Iudæos, gentem selectã Deo, doctissimi, iuxta & religiosissimi: si ipsum, quo nihil uidit orbis unquam diuinius, quippe qui ipse Deus esset, Beelzebub uocarunt hi, penes quos omnis tum integritatis et sanctimoniæ laus erat, si nõ isti solũ, sed etiã plurimi fratrum synceriores Apostolos, & inter hos maxime Paulum, insectati sunt tã dire & crudeliter, ut ab hoc oĩm Apostolorum facile principe, quo nemo unquã maiore studio offensas cauit quorumlibet, nemo æque studuit fieri omnia omnibus, nemo deniq; in negocio euangelico laborauit enixius, uniuersi propemodum per Asiam Christiani, apud quos tam præclara spiritus Apostolici documenta dederat, abalienarentur, si priscos Christi confessores, tanto innocentiæ studio flagrantes, paßim tamen infanticidii et horrendi incestus traduci cõtigit, haud debet uideri insolẽs, neq; ipsi propterea duntaxat nobis displicere, q; in nos

Peculiare filiis dei male audire in hoc seculo.

2. Timot. 1.

Crimia de Ecclesia martyrum iacta.

in nos quoq;, qui etsi Christi aliquod studium habemus, infinito tamen adhuc ab ipsius, longissime à Paulina, plurimum quoq; à martyrum illorum innocentia & pietate absumus, quicquid in mundo uisendum est, desæuiat. Imo debet hocipsum nobis, quos nostra alioqui peccata iure deiiciũt, animos erigere, quippe qui utcunq; in multis omnes delinquamus, certi tamen simus, ea quæ in nobis mundus persequitur, aut plane falsa esse, aut certe ex Dei præscripto suscepta. Nam quod Pontifex nos pridem proscripsit cœlis, quod Monarchæ interdicunt terra, quod deuouent diris passim Ecclesiastæ, quod scribũt in nos docti pariter et indocti, quod nouorum in nos cruciatuum quotidie exẽpla eduntur, quod, ut uerbo dicamus, in nos furit, quicquid ferè uspiam est mortalium, una sanè caussa est, quod ut à solo Christo omnem salutem & iusticiam, citra hominũ operã & merita expectandam, ita legem eius non nisi officiosa in proximos dilectione impleri cõfitemur. Etsi enim nouandarum rerum studium, aliaq; multa hostes Euangelii impingant, quorũ, scilicet Christum ipsum, Paulum, ac quicunq; olim tyrannidi satanæ, pro regno Dei aduersati sunt, non accusatos tantum, sed & damnatos legimus, de nullis tamen adhuc, quamuis sustulerint iam per Germaniam & Gallias uarijs & inauditis adeo mortis

Vt hodie habeantur christiani.

generibus quàm plurimos, aliis noĩbus ſupplicĩ ſumpſerũt, quàm quod Eccleſiam contẽpſerint, quod de Sacramẽtis dignitateq; Sacerdotali perperã ſenſerint, eoq; heretici fuerint, id eſt, ut res ipſa dicatur, per unũ Chriſtum ueniã peccatorũ, conſortiumq; regni cœlorũ ſibi ſperauerint, ſperandũq; aliis docuerint. Nam eos, qui uel ſeditione, uel aliis flagitiis ſupplicĩ meriti ſunt, hic defendere uolumus, ſicut nec ipſi quicquid prætexuerint, Euãgelio uiuere ſtuduerũt. Porro dum menticndi interim de nobis nullũ finẽ hoſtes Chriſti faciunt, eiſq; doctrinã & uitam quã profitemur criminibus infamãt, quanquã falſis, ut indubie plurimos oĩm ordinũ minime malos, & ſi non adeo doli mendaciorũq; uafros, non tam à nobis, id enim perparũ referret, quàm ab ipſa Euangelii ueritate alieniores reddãt, extorſit magis adeo, quàm impetrauit à nobis, ipſum Chriſti ſtudium, in quẽ horum blaſphemiæ, dum eius ſacroſancta philoſophia tã dire infamatur, recidunt, tum amor fratrũ, quibus hinc graue offendiculũ obiicitur (fratres ſiquidem nobis ſunt, quotquot Dei ſunt, etiam ſi pleraq; Chriſti nondum teneant) ut edita hac in publicũ Epiſtola, præcipua iſtorũ crimina diluere inſtituerimus, tum doctrinæ, tum uitæ cui nos addiximus ratione quàm ſimpliciſſime reddita. Hoc uero dum in animo uolueremus, iam iamq; calamũ arrepturi, prodiit, quibus auibus nouit

Cauſſæ huius defenſionis.

bus nouit Christus, Epistola Erasmi ad Vulturiũ, in qua uir hic, non reliqua solum, sed & sacra eruditione ingens, nobisq; semper, ob egregia non in bonas solum sed & sacras literas merita, magni habitus, ea oĩa fermè in nos semel effudit, utcũq; titũlus solum iis, qui se falso iactant Euangelicos minetur, quæ sæuissimi quiq;, non nostri sed ueritatis hostes, toto hoc tempore, quo cœpit annunciari Christi Euãgelion syncerius, confinxerũt, scriptis uoceq; & sparserũt. Dolet nobis ut nihil æque, et Deũ testamur, nõ tam nostri, quàm ipsius causſa, quanquam & eorum quos falso authoritas tanti uiri mouebit, ut quales nos hæc eius Epistola depingit, credant, quod nostri accusationẽ, & talẽ susscipere sustinuit. Attamen dũ unus plus oĩbus qui hactenus in nos stylũ strinxerũt, causſæ nõ nostræ, sed Chrĩ, quã quales quales sumus, agimus, officiat, quãlibet nolimus, cogit nos ueritas ipsa, cogit obseruãtia Chrĩ, charitasq; eorũ q illi us sunt, etsi eũ plane nondũ agnoscãt, atq; ideo citius hisce criminationib. ledãtur, huius potissimũ accusatiõi respondere. Præterquã enĩ quod præcipua, quæ summi ueritatis hostes in nos iacula torserũt, dexteritate sua, uastaq; illa dicendi ui, figit penitius, ea ualet apud plurimos, et nõ ĩmerito, grã simul et authoritate, ut quãlibet uanis criminationib. unus fidẽ conciliare possit, idq; apud eos quoq;, quos & religionis nomine susspicias.

Cur cõtra Erasmũ instituta sit defensio.

Non dicemus autem qua conſcientia hanc noſtri criminationem ſuſcipere in animũ induxerit, de animo cuĩ Dei non hominis eſt iudiciũ, non eloquemur, quæ nobis forſan uideantur cauſſæ huc illũ impuliſſe, non eſt ſiquidem Chriſtiani quenquàm grauare ſuſpicionibus, quid deniq; hac noſtrã tã ſeria accuſatione ſpectarit, ſibiq; quæſierit, cum ipſe unus id certo ſciat, ſilentio præteribimus, quod unum, niſi prodere Chriſto gloriam, fratrumq; ſalutem uelimus dicere, in quam ipſe induxit, cõpellit neceſſitas, dicemus, uerumq; eſſe ſimpliciter & paucis probabimus, hoc nempe, plurima quæ cum aliâs, tum in Epiſtola ad Vulturium de doctrina pariter et uita noſtra ſcripſit, à uero abeſſe. Quod tamen uere dici à nobis, non ante credi poſtulamus, quàm cum his rationibus illud uerum eſſe probauerimus, ut nulla cauſſa ſit uiro bono contradicendi. Nulli autem uolumus per hæc Eraſmum huius tam efferatæ malitiæ crudelitatiſq; palmariæ inſimulare, ut qui atrociſſima hæc ſua crimina in innocuos Chriſti confeſſores alioqui quorumlibet peſſimorum libidini expoſitos, ac eiuſmodi pridem mendaciis oppreſſos, ut in nullos, quamlibet ſceleratos diriora quotidie non decernantur tantum, ſed & deſignentur, ipſe confinxerit, utcũq; fateri oporteat nimis leuibus teſtibus, ea ad ipſum deferentibus, cum uel fidem habuiſſe,

Ad quid Epiſtola hæc ſcripta.

habuisse, uel suspicione hactenus accessisse, quum illa de nobis in publicum scribere non indignum se duxerit Theologus, & is, à quo nihil nisi sanctum, nihil nisi uerissimum, merito expectetur, qui deniq; huius iam ætatis est, in qua hoc geri omnia addecet circumspectius iuxtà & sanctius, quo ut amplior contigit prudentia, ita uicinior quoq; ille dies instat, cum de quouis ocioso tantũ uerbo, reddenda ratio est.

Porrò frustraneum hunc nostrum conatũ propulsandi, quorum nos hic uir accusat, plurimi iudicabunt: Primum, quod non nobis tantũ, sed etiam scriptis nostris publico interdictum sit, neque capitale modo, sed gehenna quoq; dignum piaculum, nostra legisse. Soli nanq; sumus in quos indicta caussa omni suppliciorũ genere desæuire fas est. Quid igitur profecturi simus, nostra quam libet uera defensione, cum tot regna tot sint prouinciæ, in quibus nihil tam immane in nos confingi potest, quĩ legere liceat, & credere oporteat, si cui aũt uerbũ, quod nostri defensionẽ resipiat, uel imprudenti excideri, redire mox illud per iugulum necesse sit? Deinde, ut etiã locus defensioni nostræ detur, & nostra quoq; legere nefas non sit, quod tamẽ antequàm monarchæ quidam admittant, uidentur cessuri citius regna sua, sic animos omnium iampridem aduersarij nostri occu

Quib. gratuĕtur Christiani præiudicijs.

parunt, eaq; de nobis præiudicia quibuſuis inſtil larunt, ut pauciſſimi ſint, qui non quæcunq; à nobis proficiſcuntur, ſimul atq; noſtris inſcripta nominibus uiderint, abiicienda, conſpuenda, & cremanda putent. Poſtremo, ut reges non claudant ſcriptis noſtris orbem, non obſtringat religio, illa inſpexiſſe, faceſſat deniq; & importunũ illud & exitiale noſtri odium, quod non animũ modo, ſed & oculos à noſtris rebus omnib. auertit, quis tamen non amentis eſſe iudicet, ſperare, noſtram cauſſam defendi poſſe, præſertim à nobis, nulla adeo tum ingenii facultate, tum dicendi uſu præditis, cum illã tam ſerio oppugnare cœperit Eraſmus, qui iis eloquentiæ uiribus ualet, ut nemo hactenus quicquam ſine ridiculo & dedecore apud quàm plurimos, cosq; haud quaquã notæ plebeiæ defenderit, quod ille accuſarit, aut accuſarit, quod ille defenderit. Non minus enim, quàm olim Cicero in iudiciis ſtudioſorum duntaxat, regnare creditur.

Qua ſpe ſit hæc inſtituta defenſio.

Hæc profecto eiuſmodi ſunt fratres, ut non modo nos, ſed quemuis, etiam aliqua dicendi facultate, naturæq; bonitate gaudentem, deterrere à ſcribenda defenſione noſtra potuerint. Verum, ut cunq; nihil omiſſum ſit, quo purgationi noſtræ nullus omnino ĩ orbe pateat locus, nulli eam uſpiam cognoſcere ſuſtineant, tum per eos quoq;

uiros ac

uiros accuſemur, qui dicēdo facile obtineāt quid uis, cedant nemini, idq; in cauſſa qualibet, non dubitamus tamē, eum, cui pater cunctam in cœlo & terra poteſtatem dedit, ut hactenus, nequicquam repugnantibus ſumma ui hominibus, Euangelion ſuū non paucis regionib. inuexit, ita porrò quoq; illud proucturum, eiq;, qua minimū putatur, uiam aperturum, hæreditas ſiquidem eius ſunt gentes uniuerſæ, & termini orbis propria poſſeßio. Quod cū potuit, cum primū mortales doctrina ſua uiuifica donaret, ut illā tanto ſtudio, tanta diligentia oppugnāte poteſtate Romana, quæ id tēporis tanto erat potētior, quāto unitior, quoq; latior, in toto nihilominus orbe præualere fecerit, id illi modo erit multo facilius. Hic idē mitigare cæcas in nos mortaliū iras, odiūq; mēdacib. collectū criminibus, potētiore ueritate diſpellere multis iam in locis præclare cœpit, cur igitur ſpem ponerem us, idem illum & in reliquo orbe facturum? Cumq; ſicut adcōmendationē negocii, quod gerimus, nulla quālibet exculta & potēs ſatis ſit facūdia ingenii hūani, ubi defuerit perſuaſor ſpiritus ſanctus, ita ubi hic adſpirauerit, quauis ſane, etiā maxime barbara oratiōe ſic poterit illud approbari, ut nihil cōtra poßit, etiā ſi qua eſſet Ciceroniana uiolētior, Plus itaq; ſancta prece, quā accurata dicendi facultate, opus nobis fuerit,

qua nimirum bonum ſpiritum ab optimo Patre Deo, cum nobis tum his, quorũ gratia ſcribimus, nempe quos regno cœlorum deſtinatos, ad tempus mendaciorum fumus caligare nonnihil ad ueritatem facit, exoremus, ne quid regno Chriſti indignum, cui uni prolatando inſeruire in uotis eſt, uel nobis excidat, uel illi credant. Nam cum nihil queat rerum diuinarum percipere qui ſpiritu filiorum Dei caret, multominus illa, ut par eſt, quiſquam, ſi hoc adflatus non fuerit, proloquetur. Ideoq; oramus & hortamur quotquot Chriſti religio tenet, hunc ipſum cœleſtem doctorem, qui iuxta Seruatoris promiſſum, in omnem induxit ueritatem, de hac cauſſa cogniturí, quàm ardentiſs. uotis à patre cœleſti flagitẽt, nullo hic ſiue aliorũ ſiue ſuo iudicio fidentes. Sua enim, non aliena fide iuſtus uiuet, iudicabitq; & agent oĩa. Nolumus hic dicere quales ſint aduerſarii noſtri, Eraſmum etiam multis nominibus admiramur, Vt autem ter maximus ſit, ſimul tamen homo eſt, atq; ideo ex ſe nihil, niſi uanitas, mendacium, & nihilum, eoq; nullis morbis, nullis erroribus non obnoxius. Iam ſi Petrus etiam poſt acceptum Paracletum, adeo peruerſo ad Euangelion pede ingreſſus fuit, ut Chriſti gloria, credentiumq; ſalus Paulo extorſerit, illum palam coram omnibus reprehendere, ſi tota Eccleſia Hieroſolymi-

Quibus erroribus boni quoq; fuerint obnoxii.

tana tam diu Iudææ gentis prærogatiuam, cerimoniarumq; ad pietatem per se nihil facientium obseruationem in non leuem obscurationem redemptionis factæ per Christum, cuius ipse gentes æque atq; Iudæos, effuso in illos, non secus atq; in hos, suo spiritu, participes fecerat, mordicus adeo tenere potuit, si Paulo ipsi & Barnabæ, quo pari Apostolorum nihil orbis uidit absolutius, circa Marcum eiusmodi παροξυσμὸς accideriit, ut a se inuicem diuellerentur, si deniq; Tertullianus, Origenes, Cyprianus, aliiq; sanctiss. martyres tam non contemnendis erroribus obnoxij fuerunt, nemo recti iudicii inficiari poterit quin & hodie fieri queat, ut minime malis optima tamen displiceant. Cum enim in omnibus rebus uchemẽs sit philautia, in contentione ingenij consueuit esse uiolentissima. Deinde nemini hominũ insolẽs erit, ut postquàm errori sese concesserit, erga dissentientes affectu incipiat esse amariore, quo submouente charitatem, ilico non feneſtra, sed ostium plane patet omnibus, quæ gignere ex se solet simultas & æmulatio. Hoc malo tam non uindicat ampla eruditio, exactumq; iudicium, ut ipsum etiam augeat, quo enim quisq; plus se his ualere sentit, eo longius abesse uult ab errore, etiam cum illo totus tenetur implicitus. Suetonius Tranquillus habetur inter historicos fidei certissimæ, qui

nihil odio, nihil ſtudio, omnia ueritati detulerit, at hic tamen in Nerone Chriſtianorũ inſtitutum, quod nihil niſi ipſiſs. iuſtitia & innocentia eſt, ſu perſtitionẽ uocauit maleficam. Cor. Tacitus, qui & ipſe grauißimus ſcriptor, etiam à Plinio Secundo non uulgaribus laudibus celebratur, lib. hiſtoriæ ſuæ 15. ſcripſit ſuperſtitionem eſſe exiſtiabilem. Et alio loco uerba faciens de Chriſtianis in lite nis, quos ne hoſtes ullius poterant flagitii, quamras retulecuis horrenda & innumera de eis ſpargerent, conrunt. uincere, dicit per flagitia inuiſos, & nouißima exempla eſſe meritos. Porro Plinius ipſe, qui non minus æquitatis & iuſtitiæ, quàm eruditionis & eloquentiæ titulo haberi eximius uoluit, de Chriſtianis ad Traianum ſcribens, ſuamq; diligẽtiam præſes approbare uolẽs principi grauißimo, memorat ſe confeſſos Chriſti nomen iterum & tertio rogaſſe, ſupplicium minatum eſſe, perſeuerantes duci iußiſſe, quod qualecunq; eſſet, quod profiterentur, certe pertinaciã & inflexibilem obſtinationem debere puniri non dubitaſſet, etiã ſi ipſe ſcribat nihil ſe de illis comperiſſe, quàm quod ſoliti eſſent ſtato die ante lucẽ cõuenire, carmenq; Chriſto quaſi Deo dicere ſecũ inuicem, ſeq; ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria cõmitterẽt, ne fidem fallerent, ne depoſitũ appellati abnegarẽt, quibus

Grauiſſimi ſcriptores falſiſſima tamen de Chriſtianis in lite ris retulerunt.

quibus peractis morē sibi discedendi fuisse, rursusq; coëundi ad capiendū cibū, promiscuū tamē, & innoxium. Narrat post hæc, se ex duabus ancillis, quæ ministræ dicebantur, quid esset ueri et per tormenta quesiuisse, sed nihil aliud inuenisse, quàm superstitionē prauam & immodicam. Hæc age tam præstantiū non minus iudicii rectitudine, quàm cultu integritatis uirorū elogia parum per excutiamus. Tacitus Plinii amicus & familiaris, quē nihil dignum scitu, quod hic nosset, latere potuit, quiq; huic tam grauis historiæ scriptor fuit, ut eius inseri historiis etiā orarit, propterea quod haudquaquā falso augurio auguraretur eas perpetuas fore, hic tantus uir, tamq; probatus ueritatis testis scripsit Christianos perflagitia inuisos, nouissima exēpla meritos, interim autē Plinius etiam à defectoribus nihil aliud discere potuit, quàm Christianos solitos se sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria cōmitterent, ne fidem fallerent, ne depositi appellati abnegarēt, quibus peractis, morē sibi discedendi fuisse, rursusq; coëundi ad capiendū cibum, promiscuū tamen et innoxiū. Vt uero hæc inter se cōueniunt? ut consonāt tanti testes, & si inuicē noti ac familiares? Quæ illa quæso Tacite flagitia, ob quæ īuisi erāt Christiani, & qbus nouissima scribis exēpla

meritos? Sed cur tu Plini institutum horum au ſus es dicere ſuperſtitionem prauam & immo dicam, de quo etiam per tormenta nihil ſcele ris comperiſti, imo ſummum ſtudium, ne quis in ſcelus aliquod rueret? Quod enim ante lucem ſta tis diebus cõuenirent, cum id & tui obſeruarent, prauum eſſe iudicare, haud debuiſti. Hoc unũ igi tur, quod Chriſto tanquã Deo ſupplicarẽt, eiusq; auſpiciis ad ſedulam uirtutum meditationem ſeſe mutuo incitarent, illa inania flagitia erant, cur Tacitus ſcripſerit hanc profeßionem, ſuperſtiti onem eſſe exitiabilem, & extremis dignam ſup pliciis, Plinius ſuperſtitionem prauam & immo dicam, Tranquillus nouã & maleficam. Atqui iſti ſuorũ interim, qui Febrem, qui Orbanam, qui malam fortunam, atq; hoc genus alia inſana por tentoſaq; figmenta colebant, ut taceam pudenda quæ etiam de dijs ſelectis commenta, ipſi iacta bant, a quibus ſcelerum tantum exempla propo nebantur, non ſuperſtitionem, ſed religionem cen ſebant. Id uero, ut Tranquillum & Tacitum mit tamus, dignum erat Præſide humaniore, qualis uideri uolebat Plinius, ut nondum cognita Chri ſtianorum cauſſa, perſeuerantes duci tamen iube ret? Quaſi uero quælibet animi obſirmatio, per uicacia & obſtinatio, & non potius conſtantia ſæpe atq; celſitudo dici debeat, præmijs, quàm ſuppliciis

ſupplicijs excipi dignior. Scribit ſiquidem de ſe: Neq; enim dubitabam, qualecunq; eſſet, quod fa terentur, peruicaciam certe & inflexibilem ob ſtinationem debere puniri. Graue dictum à præ ſide, qualecunq; eſſet. Hinc autem uidetis fratres minime nouum eſſe, ut in nobis ſapientes ſæculi ul ciſcantur & puniant, quod quale ſit, ignorant. Nullum credunt hi Deum certo, & ſi ille ſe ani mis eorum inſinuet præſentius quàm uelint, inde eſt, quòd non Romani ſolum, ſed omnes ueri Dei ignari, ius faciendi deos, religionesq; conſtitu endi ſibi uendicarunt, quo uel uno errorem ſuum ipſi grauiter admodum traduxerunt, quippe qui eo de ſe teſtati ſint, diuinitatem ſibi nõ ex ſeſe, ſed humano arbitratu, ut inquit Tertullianus, penſi tari. Porrò ut ſibi perſuadent iſtiuſmodi in hoc tantum deorum opinionẽ introductam, quo metu futuri iudicii homines melius in officio contine rentur, cæterũ non eſſe, cur Deorũ religio quen quàm teneat, ita nefas eſſe iudicãt, ſi cum quiſquã Deum colere detrectet, quem ii colendum præci piunt, ſub quorum degit imperio. Id igitur cum Chriſtiani, conſtãtiſſime ſemper, renuerent, ueri Deum docti, conſtantiã eorum non hic ſolus, ſapi ens et æquus, ut ſibi uidebat religionis uindex, ſed et alij huius farinæ, ſub titulo impiæ peruicaciæ, & obſtinationis debere puniri, non dubitarunt.

Tanti est religio Sophis huius mundi. Forsan ab auunculo suo Plinius didicerat præcipuum impo sturarum telum esse, religionem, & irridendum, putare agere curam rerum humanarum, illud, quicquid est, summum. At quod interim innocen-tissimi homines ab hoc præside, ignorante no-men ipsum Christianum, etiam si flagitijs careat, an flagitia cohærentia nomini punienda essent, necci adiudicati sunt?

Quando igitur sanctiss. hunc & doctiss. uirũ. nihil tantæ crudelitatis, & peruersitatis puduit, adeo ut iniquissimum hoc suum iudicium, cæsari tanquam præclarum industriæ iustitiæq; singula-ris documentum de se referendũ duxerit, nec in-decorum Tacitus putauit, historiæ suæ, quam ut ueritatis testẽ in multa secula parauerat inserere christianos, tam atroci, nec minus falso crimine notatos, quippe qui per flagitia inuisi extrema meriti supplicia essent, quibus tamẽ nihil post con-ditos homines uixit inculpatius, mirum nemini ui-deri debet, si et hodie eruditi ac boni, ut uulgo ha-bentur, uiri de nobis scribant & iudicent, quod à uero simul & æquo absit quam longissime, præ-sertim cum ij qui in nos hodie stylo & pœnis sæui-unt, longe maiora ex nostri insectatione uel spe-rare commoda, uel uitare incõmoda, quàm illi, quos memoraui, queant. Et ut absit omnis iuxta

spes

spes & metus, odium simul & studium, habere tamen oportet hoc sæculo suam fidem illud seruatoris. Fore ut qui etiam occidant nos, putent se obsequium præstare Deo. Sed hæc memorantes, quemadmodum querimus bonos excitare, ut probe cogitent, quid ferat sors eorum, qui se Christo consecrarunt, quod sit mundi, etiam inlaudatißimis quibusque ingenium, quantopere denique errori obnoxij sint, etiam probatiores, ne nos inauditos, & causa nostra incognita ad cuiusquam præiudicium damnent, ita nulli uolumus uideri Erasmum iudicasse huc amētiæ prolapsum, ut uitandi periculi causa, contra conscientiam suam nostra oppugnet, nedum spe quæstus, tantum abest, ut ἀθέοις istis Tacito, Plinio, & huius farinæ omnis religiōis irrisoribus eum adnumeremus, quippe qui Deo quottidie gratias agamus pro tam multis egregijs uiri scriptis, quibus supra quàm nos eloqui possumus, regnum Dei adiutum & promotum est. Interim tamen quicquid illum impulerit quidue spectarit, non tam atrocibus, & si longe atrocißimis, quàm falsis criminibus Christi studiosos, & aliâs, hac autem ad Vulturium Epistola, ut iratius, ita sæuius, ne quid grauius dicam, petijt, quæ tam non licet dißimulare, Christo consecratos, quàm fidem fallere ipsi

Domino & redemptori nostro deserta simul ipsa Euangelij ueritate, & proditis ijs, qui illi uel iam nomen dederũt, uel ut dent, diuinitus selecti sunt. Quare cum hac modo in accusatione fidem & authoritatem uiro derogare quærimus, idq; hactenus tantum, ut fides authoritasq; Christi salua apud suos permaneat, debet id nobis ille condonare, ut quibus propria quoq; uita chariorem esse oporteat ueritatem, ac quicquid in his offenderit, suis potius uanis delatoribus, quàm nobis ueri defensoribus imputare.

Antequàm uero rem ipsam aggrediar, dicendum, quosnam defendendos, & quorum doctrinam & uitam purgandam susceperim. Titulus nanq; Epistolæ cum qua negocium nobis est, illos tantũ petit, qui se falso iactant Euangelicos, cum quibus nos nihil uolumus cõmune habere, ne dum eorum cãussam tueri. Sed nihil mirandum, si Rhetor tantus eo nos in inscriptione statim nomine insigniuit, quod iure tribui probare per omnẽ ferè Epistolam conatur. Ipsa Epistola satis clamat, se scriptam esse in eos, qui ob syncerioris Christi animi studium ab iis, quæ præscribit Pontifex Romanus, exigunt uulgo Episcopi, dogmatizant Academiæ, recesserunt, pluris humanis traditionibus, oracula Dei facienda putantes, maxime ubi his illæ pugnãt. In eorum certe se sectam scribere

Qui hac Epistola defendantur.

berc ipſe teſtatur, cui Gerardus Nouiomagus, ad quem ſcribit, uir plane pietate & eruditiõe haud quaquàm uulgaris (ipſe uerſo nomine uocat Vulturium Neocomum) præter ipſius conſiliũ nomen dedit, quiq; templis idola exegerunt, preces ſolennes Eccleſiaſticorum, qui uocantur, ſubmouerunt, Miſſam abrogarunt, religionem confeßionis ſecretariæ ſoluerunt, delectum ciborum, & præcepta à Pontificibus ieiunia remiſerunt, pleraſq; Cerimonias obliterarũt, hominũ traditiones refixerunt, permiſerunt omnibus coniugiũ, ac nouos ritus templis inuexerunt, aliaq; multa nouarunt. De his nanq;, ut præpoſtere tentatis, per omnem Epiſtolam queritur. Atqui iſta omnia docentur, deſignataq; ſunt per plurimas Eccleſias Saxonum, omnes Heſſorum, multas Francorum, Nurmbergenſium, Auguſtanorum, non paucas Sileſitarum & Morauorum, uniuerſas Tigurinorum, Bernatium, Argentoratenſium, Conſtantienſium, Baſilienſium, Sanctogallenſium, Curienſium, Milhuſianorũ, Schafhuſianorum, Lindouenſium, Vlmenſium, Reutlingenſium, Vormacienſiũ, Francofordenſiũ, Friſonũ orient. aliasq; ſane permultas. Satis igitur liquet, in has Chriſti Eccleſias ſcriptum eſſe, quicquid de intempeſtiua dogmatum ac rituum innouatione hæc Epiſtola taxat, ut quæ de morum improbitate crimi

Gerard Neümag

natur, ad eos pertineant, qui horum zizania & uomicæ sunt. Quanquàm cum scribat se aliquando uidisse redeuntes à concione, opinor Basileæ, ueluti à malo spiritu afflatos, uultibus omnium iracundiam ac ferociam miram præ se ferentibus, quales discedunt milites à concione ducis ad prælium, & ad δούριον ἅλκιμ exhortati, inter quos, præter unum seniculum nemo ei uiris aliquot honestis comitato detulerit honorem, & post quædam, ut sibi nostro nomine de admixtu malorũ obiecit, iubet ad bonos uertere oculos et affirmat, quæ forsan sua sit infelicitas, sibi adhuc neminem contigisse nosse, qui non uideatur se ipso factus deterior ipse abunde testatur, perpaucos se omnium qui Euangelij studio, pontificijs cerimonijs et legibus renunciarunt, ab his, quæ hac Epistola crimina cõgerit, excipere. Quamuis ut Tigurini, Argentoratenses, Bernates, Constantien. Basilien. & qui cum his præcipue faciunt, seueriores innouando fuerunt, ita in hos forsan potißimum omnem accusationem suam intendit. Nam apud Basilien. egit aliquot annis, & Lutherũ uidetur taxare mitius, Melanchthonẽ etiã laudare. Illos ipsos itaq; nos, quos scimus Euangelio uere studere, non se Euangelicos falso iactare, defendere instituimus, alienosq; ab iis, quas inuerere notas hæc Epistola conatur, demonstrare.

Primum

Primum autem uindicabo, quam profitemur doctrinã, deinde quã meditamur uitam. Doctrina enim cum Dei ſit, maiore bonorũ damno, quã uita traducitur. Verum ut planius liqueat, quam in ea non hæreant, quæ Eraſmus de illa ſcribit, breuiter ac ſimpliciter per capita exponemus, quæ nã doceamus, et quo noſtra dogmata oĩa ſpectent. In quo, deũ καρδιογνώστην quẽ nemo fallere poteſt, teſtamur, nihil prorſus affingemus, nihil diſſimulabimus, nihil ſupra uerũ exaggerabimus, nihil quoq; infra extenuabimus, ita omnia ut ipſi eorũ nobis coram Deo conſcii ſumus, ingenue fatebimur. Quod ut nos candide & ſyncere facturi ſumus, ita ſit nobis propitius Chriſtus ſeruator & iudex oĩm. Admodũ inclementer enĩ nobiſcũ egit Eraſmus, ut ſupprimã, quæ hic etiã dei ſtudium uideri poſſit exprimere, auſus in illa ad Vulturiũ Epiſtola ſcribere, nos iactare, Euangelicam ueritatẽ iam plus mille annis ſepultã reuocare in lucẽm, & affirmare, totũ orbem ignoraſſe Chriſtũ ab Apoſtolis prædicatũ, ac pro deo coluiſſe idola, tum quotquot in Apoſtolorũ uicẽ ſucceſſerunt, excæcatos, nihil uidiſſe in ſacris literis, deinde, poſt mille trecentos annos à nobis, neſcio qbus, nouis Euãgeliſtis, ad ueritatis cognitionẽ illũ reuocari, itẽ poſtulare, ut ĩtra nouẽ annos mũdus aſpernetur, quod ante annos mille à maiorib. eſt traditũ, & in noſtra dogmata pedi-

Verba Eraſmi quibus philoeuangelicorum doctrinam falſo traducit.

bus eat ac manibus, nullis uaticiniis propheta-
rum, nullis miraculis, nulla ui ſpiritus, uitæue ſan-
ctioris moribus commendata, exigereq; ut cre-
dant catholici, Eccleſiã annis mille quadringen-
tis caruiſſe Chriſto, ſed ſponſo ſtertẽte, ſponſam
pro Deo coluiſſe laruas & idola, & in ſacris li-
teris enarrandis fuiſſe prorſus cæcam, miracula
ſanctorum nihil aliud fuiſſe quàm præſtigias dæ-
monum. Differo dicere qualia hæc ſint, nec ur-
geo quod nemo mortalium huiuſmodi aliquid uel
temere effutitum à nobis audiuit, nedum aut pro
ſuggeſto dictũ, aut in literas relatũ, hoc unum po-
ſtulo, ut collata ijs, quæ tot hoĩm myriades quotti
die à nobis audiunt, quæ tot iam pridem æditæ
teſtantur noſtræ lucubrationes, quæ hic deniq;
optima modo fide percurremus, iudicẽtur. Neq;
enim nos unquam uel ſomniauimus Euangelicam
ueritatem ſepultam fuiſſe plus mille annis, aut
Eccleſiã annis mille quadringentis caruiſſe Chri-
ſto, & ſtertente ſponſo ſponſam pro Deo coluiſſe
laruas, & idola, & in enarrandis ſacris literis
fuiſſe prorſus cæcam, neq; poſtulauimus, ut quæ
ante annos mille à maioribus trãdita ſunt, quis-
quam aſpernaretur, ne dum mundus, & in noſtra
dogmata pedibus iret ac manibus, deniq; à nobis
nemo audiuit miracula ſanctorum fuiſſe nihil ali-
ud quàm præſtigias. Plurimi omnibus ſæculis,
egregios

egregios ſane Euangelij fructus, nimirum omnimodam ſui abnegationem, quibuslibet inſeruientem dilectionem, morum ſingularem candorem, & placiditatem tulerunt, quis igitur auſit dicere ſepultam fuiſſe Euangelicã ueritatem, Chriſtum Eccleſiæ ſuæ abfuiſſe, aut quod nimis odioſe nobis tribuitur, ſponſo ſtertente, ſponſam adoraſſe laruas & idola? In multis utiq;, quod nemo ſanus negauerit, & ipſe Eraſmus tot in locis lucubrationum ſuarum minime diſſimulauit, erratum eſt, etiam publicitus, nec protinus Chriſti Eccleſia cenſenda eſt, quæ illius ſe nomine iactat, cum Dñs multos ignoret, qui in nomine ipſius etiã prophetarũt, et multas fecerũt uirtutes: At interim nunquam defuerunt, qui ſimul germanam Chriſti fidem operib. præclare teſtati ſunt, qui ut ſcripturarũ pleraq; non recte acceperint, quod nullis non uſuuenit, ſic à ſumma legis minime aberrarunt, tam abeſt, ut in enarrandis ſcripturis prorſus cæci fuiſſent. Sic cum aduentum Antichriſti Paulus futurũ prædixerit ſecũdũ operationẽ Satanæ, cum omni potentia, & ſignis ac prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione iniuſtitiæ, in ijs qui pereunt, & nullis omnino ſæculis impoſturæ Satanæ per mendacia ſigna defuerint, uidemur iure monere, ut ſicut doctrinã, ita & portenta quæ prædicantur quisq; diligenter iuxta

illud Domini præceptum quod tredecimo Deuteronomij legimus, examinet, ne qua forsan in hoc à Domino impostorib. permittantur, ut nostram tentando fidem probet. Sanctorum autem signa quæ in confirmationem scilicet Euangelij, diuinæq; gloriæ illustrationẽ facta sunt, absit ut non tanquam præclara uirtutis Christi ostenta suspiciamus. Præstigias esse dæmonum hæc illi mentiantur, quibus pluris sunt dæmones mendaciorum authores, quàm Christus æterna ueritas, qui suis promisit, maiora eos, quàm ipse, miracula designaturos. Adeo autem nõ postulamus aspernari, quæ ante annos mille à maioribus tradita sunt, ut nulla sit alia causſa, ob quam dirè adeo in nos mundus desæuiendũ putet, quã quod illis ipsis reuocandis intopere studemus. Nos enĩ nihil aliud molimur, unũ hoc satagimus, ut doctrinæ, quam Seruator ipse & Apostoli eius, ante annos mille quadringẽtos tradiderunt, ac inde legi quoq; & prophetis multo adhuc antiquiorib. ab oĩbus quo

Sũma doctrinæ quã sequuntur Ecclesiæ, quas accusat Epistola Erasmi. Rom. 5.

Quemadmodũ ergo ex (ad liceat, uiuatur. his didicimus, ita docemus, Deum unũ, uerbo uirtuteq; sua & condidisse ex nihilo, & seruare, agere, perficereq; omnia, uisumq; illi esse, quemadmodum peccatũ per unum hominem, & per peccatum mors irrepsit, idq; ita, ut non tantũ hominum genus, sed uniuersa quoq; creatura corruptioni

ptioni obnoxia facta sit, sic per unum hominem, sed eundem Deum, nempè uerbum uirtutemq; su- Iohan.1.
am, peccatum rursum in electis filijs suis abole-
re, cumq; solida iustitia, uitam quoq; eis lar-
giri immortalem & beatam, qua consumma-
ta, ac ita illis reuelate iam id apparentibus,
quod sunt, nimirum filijs Dei, manifestaq; in
eis sorte diuina, reliqua etiam creatura à ser- Rom.8.
uitute corruptionis liberetur, hocq; pacto in- Ephe.1.
staurentur per illum quæcunque sunt in cœ-
lo & in terra. Per hunc itaque unum, Deum
inter & homines sequestrum ac mediatorem, Christus in
quicquid ullis unquam mortalibus diuinæ boni- patribus.
tatis, quicquid iustitiæ & salutis impartitum
est, contigisse confitemur. Instaurari siquidem
per eum omnia oportet, per quem sunt condita.
Ideoque quicquid patribus diuinioris beneficij
uel promissum, uel exhibitum legimus, in eo a-
gnoscimus Christum sese prodidisse, ac uelut ad
umbrasse. Ipse sanè est, qui desperabundos pri-
mos parentes in spem salutis erexit, ipse Abelo
studiosum pietatis animum adspirauit, ipse No-
ah tanta innocentia & religione eximium red-
didit, ipse Abraham natalibus excitum sedibus,
patrem populi sui constituit, ipse Iisraëlis po-
pulum uindicatum in libertatem extinctis Aegy-
ptijs, lege sua donauit, totq; ac tam stupēdis bene

ficijs cumulauit, ipſe in Dauide ac Salomone alijsq; pijs populi Iudaici principibus, ſuo regno tam
Gala. 3. præclare proluſit, omnia autem adhuc tectus, & mundo incognitus. Cum uero appetijſſet, quod diuinitus huic rei decretum erat tempus, è. D. Virgine Maria, quam nullus congreſſus uiri, ſed adumbrans uirtus altiſſimi, grauidam eius reddiderat, natus homo eſt, noſtri per omnia, uno peccato excepto, ſimilis, patibilis & mortalis, etiam ſi ut peccato, ita morti quoq; nihil deberet. Hacq; mortali carne indutus, in mundo, tempore diſpenſationis ac miniſterij, quod pater definierat, uerſatus, Deumq; ſe ac unicum orbis reparatorem eſſe tum uita, tum doctrina & miraculis conteſtatus, mortem tandem, qua humanum genus patri reconciliaret, uolens oppetijt, à qua cum tertio ſtatim die reſurrexiſſet, & indubitata immortalitatis ſuæ, regniq; documenta per dies quadraginta ſuis exhibuiſſet, cœlos conſcendit, ſedensq; ad dextram patris, hoc eſt, uerus homo, proxima à patre poteſtate pollens, qui, ut Deus, habet eandem, ſpiritum paracletum, alterum Eccleſiæ patronum, ductorem & defenſorem, Apoſtolis uiſibili ſpecie immiſit, eo teſtatus ſe datorem eſſe ſpiritus illius uiuifici, per quem regnum ſuum deinceps præclarius quàm antea, ac etiam in omni orbe eſſet adminiſtraturus, hos eſt, eos

Chriſtus incarnatus.

Spiritus paracletus.

est, eos quos sibi pater, ex uniuersis hominibus do nasset, animis sic innouaturus, ut diuina iam soli de cognoscere, amare, & sectari inciperent, hoc est, seminarium penes se haberent, uitæ ut optimæ, ita sempiternæ & beatæ. Hic ergo spiritus, hæc uis, hoc numẽ Apostolos impulit, animose quàm late orbis patet, Domino IESV testimonium perhibere, ipsum Christum, id est, illum sanctorũ regem esse, quem qui susceperint, æternam uiuant uitam, qui minus, æternum pereant. Hic ergo spiritus præter admirandas sapientiæ & linguarum dotes, aliasq; plane cœlestes facultates, stupenda etiam & innumera prodigia edere Apostolis dedit, quo nimirum non minus magnifica uirtutis diuinæ declaratione, Euãgelion cõmendaretur uniuersis gentibus, quàm lex fuerat cõmẽdata soli populo Ebræo, quæ statim Apostolis suo munere defunctis, edi, ea duntaxat frequentia, qua ante, desierunt, cum iam scilicet orbis satis ad inquirẽdum de Euangelio erat per miracula excitatus, omni nanq; creaturæ, quæ sub cœlo est, Pauli adhuc tempore, adnunciatum fuerat. Quamlibet autem iam inde à morte Apostolorum, perrara in Ecclesia Spiritus hic portenta & prodigia fecerit, quod toties nihil officere pietati studiosis, D. Chrysostomus testatur, idem tamen apud omnes qui Christi interim

Rom.8. fuerunt, & hodie sunt, perseuerauit, hodieq; perseuerat, quando nemo Christi esse queat, quẽ hic spiritus non adflauerit. utq; nullis sese ostentat miraculis, ita hoc tamen in sanctis omnibus, sine quo constare illis salus haudquaquã potest, cum sine miraculis possit, operatur, ut Deum cognoscant, ament, & æmulentur: cuius ὁ ψυχικὸς homo nihil prorsus percipere potis est. Id uero est eos à Christo baptizari spiritu, regenerari è supernis, innouari mẽte, ut qui impuri antea, sua tantũ querebant, iam in oĩbus soli gloriæ Dei & Rom.8. saluti hominũ dediti sint, securi de se ob illud spi- Gala.3. ritus huius testimoniũ, quo persuasus ipsorũ spiritus, Deo fiducia plane filiali audet acclamare ab

Hæc cũ ita habeant, fateri cogi- (ba pater. mur, quicũq; hoc diuino afflatu destituti fuerint, eos diuina percipere non posse, multominus secta ri, eoq; nihil nisi seruos peccati & Satanæ perma Iohan.8. nere, donec per hunc ipsum germanæ libertatis spiritum filius illos liberos reddiderit, & si istue 1.Timo.1. nunquã eis cõtingat, in peccatis suis indubie mori turos. Nihilominus aũt, quãdo ignorãter peccan Quatenus tes ueniã cõsequi ex Dei misericordia, ut Paulus hoĩ liberũ de se gloriatur, soleant, & Seruator ipse dicat Iu arbitriũ. dæos illos suos hostes, excusationẽ habituros fu- Rom.2. isse, si nõ uenisset, & loquutus eis fuisset, signisq; tam potentibus cõuicisset, sit deniq; in oĩm cordi

bus tan-

bus tantũ diuinæ legis inſcriptũ, ut proprijs cogitationibus accuſentur & damnẽtur, etiã ſine cognitiõe legis ſcriptæ, quicũq; deſertis uirtutibus, ſceleribus ſeſe dediderint, oĩno affirmamus nemĩnẽ nõ, ut ſua culpa, ita ſua ſponte, ſuoq; arbitratu delinquere, idq; tam plene, ut nulla oĩno pars culpæ Deo, ipſo quoq; iudice, imputari queat. Sed tum demũ hoc in animis impiorum iudicium penitus ſeſe proferet, cum depulſis à mente, quos præſentis uitæ æſtus ſuffundit, fumis, ipſi ſe recte inceperint conſyderare. Ita rurſus, cum nihil à quoquã Deus probet, niſi ex amore ſtudioq; ſui profectũ, quãlibet ad Chriſtũ non poßit nõ uenire, quẽ pater traxerit, & non ſequi, quẽ in hoc deſtinatũ ille uocarit, adſerimus, nihil tamẽ boni à quoquã niſi uolente, idq; ſuo libero arbitrio fieri. Docens ſiquidem illos per ſpiritũ ſuum pater, ea in Chriſto ſuo bona eorum animis, tamq; manifeſto oſtendit, ut nequeant ſe nõ totos illi addicere cupidiſſimè, idq; iudicio arbitratuq; hoc certiore, quo uerior certiorq; eſt hæc patris per ſpiritum ſuum doctrina & perſuaſio, & uoluntate animiq; libentia tanto proniore, quanto ſuperant quæ in Chriſto cognoſcuntur bona, alia quæuis. Iohan. 6.

Quidẽne ipſa quidem ab his uita diligitur tam neceſſario, atque Chriſtus, & ſimul tamen ea electionis libertate, ut nihil æque, quia ni-

hil iudicio exactiore, simul & uolũtatis inclinatu pleniore. Hactenus ergo liberum homini arbitrium tribuimus, & simul tamen Deum agere omnia in omnibus, sineq; numinis eius adspiratione singulari, nõ modo aduere bona neminẽ posse eniti, sed ne cognoscere quidem illa, ita ut prostultia quoq; ea habeat, confitemur.

Vsus doctrinæ, & exhortationis.

Hacq; causa, quia uisum Domino est hominem non ut saxum, ut lignum, aut bestiam, citra propriam impellere electionem, sed potius, ut rationale aniãl, ut diuinitatis aliquo modo particeps, ducere, legem suam dedit, totq; promissa minasq; adiecit, quibus tamẽ ita ad instituendum suos, ut ad alendum cibis, & curandũ corpora rebus utitur medicis. Sicut enim nisi ipse uirtutem sufficiat, qua & in alimentum uertatur cibus, & uiriũ instaurationẽ adferat pharmacum, utraq; res, si non damno, certe oneri est potius, quam id quod audit, ita quicquid sacrũ uel legerit quis, uel audierit, per se plantationis quidem & rigationis uicẽ obtinet, sed inefficacis infructuosæq; quam diu non dederit incrementũ Deus, nec hoc solũ, sed irritatur præterea illo animus Satanæ obnoxius, ut contra auditam ueritatem etiam sæuiat, ad omnia Dei multo quàm antea stupidior, & insensatior factus. Id quod ex sexto Iesaiæ seruator ipse aliquoties, & Paulus testati sunt. Interim autem

rim autẽ sic moderari res humanas Deo placuit, ut singuli inter se membrorum instar habeant, & qnamuis ipse unus sua uirtute omnia in omnibus perficiat, nobis tamen uti dignetur cooperarijs, hinc semper eos, quos uitæ destinauit pater, spiritu suo in unum coëgit, deditq; quod in membris uidere est, ut quisq; pro sua portione aliorum cõmoda promoueret, & in commune adferret, quo alij uim dei rebus ipsorum paterne consulentis experirentur. Cum primis itaq; sacerdotes suæ uoluntatis interpretes dedit, qualis Abraham, Melchizedek, Isaac, Iacob & similes his fuere. Inde lege data totam in id ministerij tribum selegit, pollicitus simul prophetas, suo uerbo instructos, se illis daturum, quemadmodum Moschech dediſſet, donec prophetarũ princeps Christus adueniret. Hic quoq; ubi cœlos corpore petijt, dedit alios quidem Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores et doctores, ad instaurationem sanctorũ, in opus administrationis, in ædificationem corporis Christi &c. dabitq;, dum tempus illud erit, in quo ex parte ut cognoscimus, ita et Prophetamus, dũ supererunt, ad cænam Euãgelicã Christiq; nuptias adhuc uocandi. Ephe. 4.

Quo itaq; cõmodius cœlestis doctrina & traderetur & perciperetur, summam uoluit rerum omnium suos inter cõmunionem esse, planeq; cor

poris unius, cuius CHRISTVS ipse caput sit, ratione modumq; inter se obtinere, Ad quam inea undam conseruandamq;, demittens se ad humani ingenij morem, certa quoq; symbola (nostri ea, quod illis uitæ cœlestis uelut professio sit, sacramenta uocarunt) dedit, plura priscis, quod illi pueri instar multis formandi elemẽtis mundi, hoc est, initialibus externisq; institutiunculis essent, nobis pauciora, quod spiritum modo impartiat opulentius, qui quo efficacius ad omnem pietatis functionem format atq; impellit intus, hoc pauciorib⁹ opus est admonitorijs foris. Vnde præter doctrinæ adhortationisq; ministerium, quod manuum impositione Apostoli deferebant, uelut testãtes tales se Deo offerre & sistere, hoc donandos spiritu ampliore, quo ad munus designarentur diuinius, solum, ipse quidem, baptismatis sacræq; usum cænæ, quibus ritibus nihil erat, non apud Iudæos modo, sed uniuersas quoq; gentes uulgatius, instituit. Quia uero Christianismus institutum est uitæ cœlestis, in qua sit agente sanctos spiritu CHRISTI, iugis solidæ iustitiæ meditatio, continuaq; cum uitijs dimicatio, symbolis hisce quibus in gregem CHRISTI cooptamur, studiumq; conuersationis illo dignæ profitemur, omnia quæ ĩ sanctis efficit spiritu suo Seruator, tribui identidem solet. Baptismo siquidem dicuntur ablui peccata, mori nos, sepeliriq;

cum Christo, exui homine uetere, & indui nouo, hoc est, Christo, nouaq; demũ creatura euadere, Rom. 6. id quod est, salutem plenam & sempiternã consequi, non id autem quod saluet depositio sordium in carne, ut D. Petri uerbis utar, hoc est, exterior illa tinctio corporis, sed in CHRIstum fides ad omnem iusticiæ functionem efficax, quam ex bona conscientia, omnis nescia fuci, baptismo in De Baptismo. Ecclesiam Dei recepti profitentur. Saluari nanq; quid aliud sit, quàm uires restitui recte, hoc est, ex præscripto Dei, coq; beate & æternum uiuendi? Id nulli, nisi Christo innouantis spiritus largitori, quem non statim, ut quisq; abluitur aqua, sed cum sibi uisum fuerit, donat, transcribere licet. Plurimi sanè & Apostolis baptizati sunt, qui huius uim spiritus nunquam senserunt. Proinde cum D. Paulus scribens Ephesijs, lauari Ecclesiam à peccatis per baptisma dixisset, statim Ephe. 6. adiecit, per uerbum, hoc est, uim Dei regeneratricem, Et ad Titũ, cum uocasset illud, Lauacrũ regenerationis, continuo adiunxit, Spiritus sancti, nimirum ne quid huius, ei quod per nos exhibetur, tribueremus. Iam uero cum baptismo initiari debeant, atq; Ecclesiæ uelut inseri, quicunq; ad familiam Dei attinent, & ad hanc apud nos quoque non minus, quàm apud ueteres, infantes attinere creduntur, quòd DOMINVS non Tit. 3.

minus noſtri, quàm illorum ſeminis, Deus ſit, uti credentes omnes, germana Abrahæ ſoboles ſumus, hos quoq; Chriſto per ſacrũ lauacrum conſecramus. Cum nanq; fœderis, quod nobiſcum Deus icit, noſtra ſacramenta, uclut ſymbola & teſſeræ quædam ſunt, admonemur illis, tam eorum quæ Deus nobis, quàm quæ uiciſsim nos Deo præſtare deceat. Baptiſmo itaq; in primis prædicatur, Deum, CHRISTO ſuo conſecratos ſordis uitæ prauæ abluere, nouaq; donare. Tum monemur nos, ut ſedulam per omnem uitam operam naucmus, quo Caro, in qua nihil puri, tota tandẽ intereat. Quãdo igitur & infantibus ille ſuum ſpiritum impertit, ſanctificans ſæpiſsime ſtatim à matris utero, quos ad gloriam nominis ſui ante condita ſecula delegit, & illis ſymbolum huius, baptiſma conferimus, ſic ipſi paruulos noſtros, quoad eius noſtrum eſſe poteſt, uti iuſsit, ſancta prece apportantes, benedicendos, ſimul præſentem Eccleſiam adhortantes, ut eorũ tanquã iam à Deo adoptatorũ curam quàm diligentiſsimam gerat, ſollicita, eos per doctrinã & exhortationẽ moribus, Chriſto dignis formare, cui illos per ſacram tinctionem dedidit.

Ephe. 1.

Quæ credant circa Euchariſtiam.

In Euchariſtia, quæ una in uicem ſucceſsit, totq; multipliciũ ſacrificiorum, ſicut baptiſmus in locum toties repetendæ olim ab aqua expiationis, ut

onis, ut offertur nobis caro & sanguis Domini in cibum spiritalem, & in æternam uitam alentem, ita uicißim exigitur à nobis, ut huic quem memoramus pro uiuificandis nobis mortem, cui nihil debebat, oppetijsse, consecrati, studeamus summa charitate cum omnibus ipsius nomen inuocantibus, unum esse corpus, unus panis. Porrò cum uita iusti sit illa, qua Deo in omnibus nititur, fiducia, ex qua & amore Dei accẽsus, totus in eo est, ut Deum quendam omni & innocentia, & beneficentia ijs, quibus cum uiuit, exprimat, tum pane illo cœlesti, uereq; uiuifico nos pasci fruiq; agnoscimus, quum ut se hostiam ille patri pro nobis obtulit, tradito suo in mortem corpore, fusoq; sanguine, sic consyderamus, sic prædicamus, & gratias pro tanto beneficio agimus, ut auctior iam inde in Deum patrem fiducia, amorem quoq; eius & studium, unde totus uirtutum chorus prosilire solet, magis magisq; accendat. Sunt qui præterea contendant & corporaliter præsentem CHRISTI carnem & sanguinem sumi, alij sub panis speciebus, alij sub ipso pane. Verum cum Seruator porrecto pane simpliciter dixit, Hoc est corpus meum, & id iuxta scripturæ loquendi proprietatem non minus demonstratio ad intellectum, ut cum proposito typo dispердendæ Hieruſalem Ezechieli an- Iohan. 6. 1. Cor. 10. Ezech. 5.

gelus dicebat, Hoc est, Hierusalē, cunq; CHRISTVS inflans in discipulos, diceret, accipite Spiritum sanctum, quàm ad sensum esse posſit, tum sic accipi hanc orationem, CHRISTO ipso, ut uero Deo, ita & uero homine, cuius ut etiā D. Augustinus scripsit, corpus in uno esse loco oporteat, muncre eius, qui semper ea nobiscum gesſit, quæ quòd pietatis promouendæ aliquod momentum adferant, saluti sint, ratione noui Testamenti, quo omnia maxime spiritu, iustitiæ incrementa continuo percipiente constant, ijs denique quæ Dominus ipse Iohannis sexto de sui carnis manducatione diserit, quam non nisi saluificam, cōmendauit, dignius uideatur, pugnet aūt cū his sensus diuersus, affirmamus quæ CHRISTVS in cæna illa nouissima dixit & gesſit, ad eos tantum pertinere, qui sunt eius discipuli, & tales, qui bus & noui Testamenti competat consortium, qui capaces sint remissionis peccatorum, hoc est, pro quibus ille corpus suum impendit, & sanguinem insumpsit. Tum hortamur, quando in cœlestibus CHRISTVS nunc regnet, & aduenerit hora illa cum adorare patrem in spiritu & ueritate cōueniat, sursum corda, id quod ab antiquo in hoc sacro moneri CHRISTI grex consucuit, CHRISTO dediti, habeant, panem & uinum sumant, sed non sola, sed panem uinumq;

uinumq; Domini, unde non modo corporis & sanguinis CHRISTI admoneantur, sed animis simul hisce, ita ut corpus panem percipit & uinũ, in uitam Deo dignam, hoc est, beatam & perpetem, uere alantur, spiritu uegetati, alacresq; ad quæuis pietatis officia redditi, ut iam re ipsa testentur se longe alia, quàm solum panem ũinumq; sumpsisse. Ad hunc sanè modum, & patres de hoc mysterio locuti sunt. Vocarunt panem Eucharistiæ Domini corpus, sed uocatur etiã baptismus CHRISTI induitio, & in mortẽ eius sepelitio. Attamẽ quẽ non CHRISTVS ipse suo innouãs spiritu, se ipso uestierit, et repressis naturæ huius cupiditatib. mortis suæ consortẽ reddiderit, quid quæso CHRISTI, uel mortis eius nanciscitur, quem nos tingimus? Solenne utique fuisse patribus, externo uerbo, Sacramentis, alijsq; ceremonijs, etiã humanitus institutis, ut festa sunt et alia per multa, quo augustioribus hæc uerbis cõmendarent, tribuere, quæ ex se quidem tãtum repræsentãt, nemo, qui cũ iuditio illos legerit, ignorat. Quãlibet autẽ indubitato credamus, cum quẽ memorauimus, ipsissimũ esse huius sermonis Domini sensum, diuersum autem illum, non falsum modo, sed parentẽ etiam abominationũ innumerabiliũ, attamen, quãdo hac loquẽdi figura Dominus usus est, Hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus,

ut aliquam saltem, qui illum sequuntur, occasionem opinionis suæ habere uideantur, etsi nec qui sub panis speciebus, nec qui sub ipso pane CHRISTI corpus cõtineri uolunt, simpliciter hæc uerba accipiãt, panemue id ipsum, quod Domini corpus esse adfirment, nulli eos tamen abijcimus, eos duntaxat, qui unâ CHRISTVM fatentur, unum, omnẽ salutem nostram perficere, & à nobis iuxta mandatũ suum nouũ, ea tantũ exigere, quibus ad proximos utilitas aliqua perueniat. Humanum si quidẽ est labi, & errore nemo, nisi ipsa ueritas, liberare potest. Tum quo esset occasio & dissentientes complecti, nunquam dedit hactenus quidem, etiã selectißimis suis CHRISTVS, ut ubiq; eadem uiderent. Quòd abijciunt nos alij, id sicut & reliquos fratrum errores, dum CHRISTI spiritũ præ se tulerint, sic ferimus, ut quamuis inuitos, fratrũ tamẽ numero illos habeamus, nihil dubitantes quãdoq; fore, ut sentiant aliud. Hæc sunt quæ de Eucharistia & credimus, & docemus. Verba CHRISTI uera agnoscimus, panem Eucharistiæ, corpus Domini, & uinum sanguinẽ eius, haud grauatim uocamus, Dare Christum hodie suis discipulis Corpus suum & sanguinem, sed in cibum animæ, in cibum uitæ æternæ, unde & corporibus illorum beata sua expectanda est immutatio, etiam magnifice gloriamur.

Hoc unum,

Hoc unum non docemus, Christũ deum nostrũ, panem cœlestem, panem uiuificum, perituram pariter uentris escam fieri. Satis superq; enim dilectiõem in nos suam, morte pro nobis obita, ut ipse quoq; memorauit, testatus est. Nec opus est hinc fidem fulciri resurrectionis, cum toties promiserit se in die nououißimo resuscitaturum eum, qui manducasset ipsum, ita ut docuit Ioannis sexto.

Iam quid sentiamus & de munere regendi pascendiq; ecclesiam, aperiemus. Agnoscimus primum neminẽ quicquam huius posse accipere, niſi datum illi sit è supernis, Vt D. Ioannes testatus est. Et Paulus ait. Quomodo enim prædicabunt niſi mittantur? Neq; enim sufficimus nos tale aliquid ex nobis uel cogitare. Omnia siquidem spiritus dei homini nondum renato, stultitia sunt. Nec potest ea percipere. Quodcũq; igitur munus sit, siue apostolicum, siue episcopale, siue doctrinæ & exhortationis, siue deniq; ministerij circa externa membris Christi dispensanda, quando hæc omnia ad instaurationem faciunt ecclesiæ, in qua scilicet omnis potestas ad ædificationẽ duntaxat data est, confitemur id oportere demandari diuinitus, nec quenquàm niſi uocatum à Deo, posse illo fungi, quicquid constituant homines. Proinde ante omnia spectandũ docemus, quam quisq; doctrinam ad ferat, quò nam quæ tradit spectent

De officio & dignitate ministrorũ ecclesiæ.

Rom. 10.

2. Cor. 3.

1. Cor. 2.

2. Cor. 10.

neq; dubitandum, si sana illa fuerint, atq; ex principe ista lege dilectionis Dei, & proximi, dimanent, à Deo missum quisquis ea attulerit, atq; adeo Deum ipsum reijci, si talis reijciatur. Deinde cum oĩs scriptura Magistratibus, quos ideo deos, quod Deum potestate omnibus præpositi singulari præcellẽtia referant, uocat, nihil non subijciat, agnoscimus non minus hodie, qui Christum prædicant, principibus debere dicto esse audientes, quàm Apostoli illis & paruerunt ipsi, et parendũ ab omni anima docuerũt. Verũ istuc ut Apostoli, ne qd gloriæ deo propriæ, concedatur hoĩbus. Postremo cũ nusquã par sit tam decẽti ordine cuncta, atq; in rep. christi geri, quod nusquã alibi uera sapientia sic domicilium suum habeat, uolumus quenquam pro suo arbitrio munus aliquod in ecclesia sumere, nec à quouis deligi quẽlibet. Nihilq; moramur quæcunq; sit ratio ministros in ecclesia constituendi, modo cõstituantur qui sint Christi, quiq; Dei mysteria bona fide dispensent, quod unum requirendũ Paulus præcipit. Satis namq; res ipsa clamat quicunq; tales fuerint, eos datos esse diuinitus, quacunq; demũ ratione muneri suo præfecti fuerint. Siue Romanus igitur sit, siue Engubianus Episcopus, Petri uel Pauli successor, à Christi plebe electus, an à Timotheo uel Tito aliquo cõstitutus, nobis perinde est,

Rom. 13.

1. Cor. 4.

de est, modo claues habeat regni Cœlorũ, modo pascat Christi gregẽ, mõ sit ad prædicandũ christum idoneus, et fida sedulitate promptus. Quod si quis aut nequeat aut nolit, cum sint nostra oĩa, ut D. Paul. grauissimus testis adfirmat, ipse quoq; Paulus, ipse Apollo, ipse Cephas, nedũ horũ successores, sed & uita & mors, tam præsentia quã futura, oĩa inquã, (secundo enim id dicit) nostra sint, nos uero nullius, quã christi, ac id, sicut ille Dei, fas non erit, ut quenquã alicnũ audiamus, ut ob quãlibet excelsam dignitatẽ, sacrosanctã autoritatẽ, alio, quàm quo uocat christus, aĩm flectamus. Salua erit itaq; apud nos oĩbus, æque Romano, atq; alijs episcopis ecclesiasticæ functiõis ordinibus sua potestas, sua prærogatiua, sua deniq;, quæ uocant, iura, tantum his, si non in ædificationem, saltem nõ utantur in destructionem. Sinant nos eius esse, cui nos, qui finxit, pater donauit, quiq; sibi sanguine suo redemit. At dum hoc à sc isti impetrari nõ sinũt, & persequi Christum, quã prædicare, aut prædicandũ permittere alijs, qbus id unice ĩ uotis est, malũt, cur cessarẽt sacrosanctũ nomen eius celebrare, qui in eo uno omnem salutem sibi reponunt? Quare aucrti per hoĩm cõmenta ueritatẽ fratribus, pro qbus etiã mors oppetẽda est, paterẽtur? Si lapides citius in laudẽ christi uocẽ daturi sunt, quã illa q̃at taceri

Vnde ortũ quod hodie est ecclesiarum Sciſma.

quomodo taccbũt discipuli, utcunq; fremant eõ trà sacerdotũ principes. Nemo certè, qui Deum esse, q Christũ credit humani generis seruatorè, cõtinere se poterit, quo minus id de Deo, de Christo suo testetur, quod credit, præsertim cum uidet, non sileri modo, quid ille nobis factus est, iustitia, sanctificatio & redemptio, uerum etiam
1. Cor. 1. hæc partim alijs rebus tribui, nec tam diuorum meritis & interceßioni, agnoscitis eorũ uerba, quàm sacrificis quibusq;, & monachis, cisq; sic uulgo uiuentibus, ut nulla alia hominum natio, liceat fateri quod cantatum pueris, nemo non deplorat, flagitijs omne genus æque madeat. Nam qualescunq; isti sint, certam tamen salutem adferre prædicant suas Missas, suas preces, indulgentias, fraternitates, demq; & uestes, ac propè quicquid contigerint. Quin & statuis ac signis bona humanæ salutis portio adscribi pridem cæpit. Quæ iam habetur abistis contio, quæ non istiusmodi Christi blasphemijs, quales in hac Epistola, Erasmus ipse quoque execratur, hominem gignere ex se opera meritoria, benefactis mereri uitam æternã, etiam de condigno, beatam uirginem imperare filio cum patre regnanti, ut exaudiat huius aut illius preces, & multo adhuc immanioribus, perstrepat? Ad quas si recte, ut ipse fatetur, pie mentes inhorrescunt, qui possint eædem

dem occasione data, redemptoris sui gloriã non uindicare, confutatis mendacijs impietatis tam nefariæ? Nequit certe non loqui, quisquis uere credíderit. Id uero cum sensim & multa cautione, per eas ecclesias, quas defendimus, fieri initio cœpisset, quantas, bone Christe, tragœdias illi nugiuendi excitarunt, quantum mouerunt turbarum? neq; id absq; sanguine innoxio, ubicunq; illis successerunt conatus. Quorum sanè furores, satis ipse quoq; Erasmus quãlibet ciuilis ueritatis promus, probe expertus est, Nec dubiũ, actũ pridem de eo fuisset, nisi summi ctiã Monarchæ serio defendendum suscepissent. Sed hæc ipse non solum de Hispanicnsibus illis monachis, abunde in libris & Epistolis suis testatus est. Quid autem faciendum interim fuit, ijs qui instincti diuinitus, ecclesiis, quibus etiam ex episcoporũ, qui uulgo dicuntur, autoritate præfecti erant, Christum prædicarant unum, iustitiam et salutem largiri in se credentibus, quiq; nõ omnia ab ipso certa fiducia sibi peterent, eos neq; iustos nec saluos euadere posse, quicquid coluissent diuorum, uel sacrificiorum feciissent, Ad hæc nulla Christum bona opera morari, quàm quæ iuxta nouum, uereq; suum præceptum in usus cederent proximis? Episcopi enim toti abillis stabant, qui ista uociferabantur hæretica, ferro & igni punienda. Miſ

Psal. 116. 2. Cor. 4.

sis et statuis fidere homines malebãt, unde maior redibat quæstus, ne nostros audire quidem sustinebant. Formabantur interim articuli per fisci, sic loquuntur, procuratores, quibus per CREDIT, VEL NON CREDIT, respondendũ erat, statimq; uel ipsum Christi Euangelion abiurandum, uel ecclesiæ lupis cedendæ. Exigebatur quod & Erasmus queritur ut cõprobaretur alba quod aiunt amußi quicquid hactenus inuectum erat, imo ne hoc quidem satis, extẽdebatur funiculus in diuersum, & ijs quæ ultra modũ excesserant, aliquid etiã adiungebatur. Hic animo credentium Euangelicas litteras non esse nugas, obuersabatur illud. Quemcunq; puduerit mei, ac meorum sermonum in generatione hac adultera & peccatrice, pudebit illius & filiũ hoïs, ubi uenerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. Tum illud, quod ex Paulo supra adduxi, nostra esse omnia, nos uero Christi, nec potestatem in ecclesia cuiquam, nisi ad ædificationem datam. Hinc animis sumptis nostri, quãlibet ab episcopis damnarentur, dirisq; deuouerentur, partes tamen suas esse duxerunt, hærere, ecclesiisq; suis id petentibus Christum, ut cœperant, annunciare, hoc est, testari, ab uno Christo, nostri iustificationem esse expectandam. Quod cum facere oporteret non dißimulanter, non obscure, non timide,

Eras. ad Archiepiscopũ Toletanum.

mide, sed aperte, sed clare, sed fortiter, ut par erat, infinito omnibus supereminentis principis, precones, excutienda profecto fuerunt, in quæcunque populus fiduciam suam partiri, à male conciliatis suis, non doctoribus sed seductoribus, non pastoribus, sed plane lupis didicerat. Hic mouenda fuit omnis illa impostura rum sentina, quibus pseudoecclesiastici illi ad tantas peruenerunt opes, in tantam dignitatem & potentiam. Examinandæ erant quæstuosæ illæ mortuorum næniæ, dicendum quid ueri haberet harum fundus purgatorium, exploranda, quæ passim prædicabantur de feraciſsimo illis cultu diuorũ. Retegere oportuit quantum uel in sola Missa non tam superstitionum fœcunda, quàm feraci quæstus, lateret impietatis, quantum abominationũ. Id ubi tentari cepit, cœlum terræ, terrã cœlo miscebant superstitionũ defensores, Conclamatum erat, nihil amplius induciarum, nedum pacis sperari potuit. Vbi Christus uim auertit, nec conceſsit ferro & igni grassari, cruentiſs. pugnatũ scriptis est. Hic ut alius alio uehemẽtior, Christiq; zelo flagrantior, dicta multa & scripta etiam à nostris sunt, quæ si in se consyderes, acerba satis uideri possunt, si uero CHRISTI maiestatem, pro qua pugnabatur, rei qua de certamen erat execrandã indignitatem, tum illorũ, qui uolebant hanc defensam, cõfessam malitiam,

plusquam mitia & humana merito habebuntur, maxime si conferantur ijs, quæ in impietatē scripta reliquerūt, non solum sacri Vates, sed & Apostoli, atq; sancti patres. Quod enim conuicium atrocius, quàm uocari hostes ueritatis, uentris seruos, malas bestias, lupos, serpētes, progeniem uiperarum, diabolos, Antichristos, & id genus alia? Atqui his & CHRISTVS ipse & Apostoli summa mansuetudinis & leuitatis exemplaria, inimicos ueritatis proscidcrunt. Origenes in Episcopos & Diaconos sui temporis, cum adhuc sanguine Ecclesia rigaretur, omnia illa quadrare scripsit, quæ CHRISTVS dixisse legitur in scribas & pharisæos Matthæi uigesimotertio. Quàm dirè & D. Hieronymus nominatim in Romanos sacerdotes debacchatus sit, nemo nescit. Nec est tamē, qui dubitet illo tēpore infinito melius, quàm modo res ordinis Ecclesiastici habuisse. Bernardi ætate, ut iam longius à CHRISTI præscriptis illi receſſerint, & pluribus scelcribus detestandi fuerint, in hoc tamen malorum profundum, in quo nunc sepulti iacent, nondum uenisse satis constare putamus. At ille nihilominus quàm horrendis notis insignit eos in libris de consyderatione & alijs. In sermone ad concilium Remense, quid quæso atrociſsimorū tacuit conuiciorum? Postquam sanè multa & inusitata

in eos

in eos torsisset, ita colligit. Propter hoc, non est hoc tẽpore ornare sponsam, sed spoliare, non est custodire, sed perdere, non est defendere, sed exponere, non est instituere, sed prostituere, nõ est pascere gregem Domini, sed uastare & deuorare, dicente Domino de illis, qui deuorant plebem meam, ut cibũ panis, &c. Et ne uideretur in paucos aliquos sic inuehi, mox subiicit. Quem dabis mihi de numero Episcoporum, qui non plus inuigilet subditorum euacuandis marsupijs, quàm uitijs extirpandis? Et paulo post. Propterea relinquamus istos, quia non sunt pastores, sed traditores. Et sub finem, cum dixisset illud Psalmi. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt, Iusta inquit omnino querimonia, nec ad ullam iustius, quàm ad nostram referenda ætatem. Parum est nostris pastoribus, quòd non seruant nos, nisi & perdant. In Cantica canticorũ quodam loco, nihilo mitiora in eosdem scripsit, palam testatus, ministros CHRISTI esse, sed seruire Antichristo, & effecisse, ut Ecclesia CHRISTI nunquam habuerit deploratius. Ad eundem tractauit eos modum & in sermone quodam ad synodum pastorum habito, ubi in faciẽ illis dixit. De patrimonio crucis CHRISTI non facitis codices in Ecclesijs, sed pascitis pellices in thalamis uestris, Impinguatis canes,

adornatis equos, phaleratis pectora & capita deaurando. Et post quædam, Væ qui dicunt pax, & non est pax. Pacem habet Ecclesia ab extraneis, sed filij nequã, filij scelerati sæuiunt in eam, qui propriam matrem euiscerant, ut se pariant in honorem. Sed quis enumeret, quæ hic in corruptißimum sua iam tempestate Ecclesiastico rum ordinem sæuißima sanè paßim scripsit & dixit. Cum itaque inficias ire nemo poßit, nostro seculo, mala, quæ ille taxat, omnia creuisse in immensum, starecq; in præcipiti, adeoque constuprata hæc esse tempora, ut, quod de suis dixit Liuius, nec uitia nostra, nec remedia pati poßimus, quid quæso acerbum satis pro rei indignitate omnino dici queat, si modo, dum serio res agitur, debeat rem, quantum licet, adæquare oratio? Hoc tamen ingenue fateor, hac in re à nobis quoque peccatum esse, qui non in loco semper acerbi fuerimus, nec ita orationis uehementiam moderati simus, ut studium iuuandi homines, non ledendi satis eluxisset. Sannas quoque & scurriles iocos, nostra modis omnibus indignos functione, quamlibet & hæc sibi ex nostris quidam plus satis indulserint, detestamur. Sed, qui non offendit lingua, inquit Iacobus, sapiens uir est. Et quanto tolerabilius est, præter decorum tam execranda

execranda exagitasse mala, quàm illa non admittere, sed nolle castigata? Atque, ut plus satis aspera nostrorum sæpe fuerit ratio, rectius tamen illos, qui talia committunt quàm nostros qui arguunt, putauerim accusandos. Porrò hac ubi ratione res incruduit, nihil iam meditari aliud aduersarij nostri cœperũt, quàm huc principes incitare, ut è medio tollerent, quicunque ipsos non plane adorarent. Tam enim abfuit, ut aliquid etiam de confessis malis remisissent, ut auxerint, & si uidebantur iam augeri non posse, id quod non uno in loco ipse ERASMVS queritur. Si qui pij principes de libera cogenda Ecclesiarum synodo in medium attulißent, non irrisi modo sunt, sed etiam grauari multorum periculis haudquaquã uacante inuidia cœperunt. Neq; uidẽtur prædem iam aliter animati, quàm ut cupiant extirpatos funditus nos, etiamsi sciant cœlorum & terræ ruinã sequuturã. His debemus, q; præter carnificinã non per solam germaniã tam strenue toto hoc sexennio in hoïes nihil aliud quàm CHRISTO uere merentes, exercitam, nulla, ut Erasmus ad Pelicanum scripsit, principum coeat amicitia, nisi hac conditione, ut extinguatur factio Lutherana, ut CAESAR sibi non uideatur Cæsar esse, ni id perficiat: Taceo quam

idem cum alias, tum in hac ipsa Epistola detestatur blasphemiarum in CHRISTVM, & tyrannidis præcipue in eius confessores, tum in quosuis, duplicatam audaciam & impudentiam. Adempta autem hunc in modum omni spe redeundi cum his in gratiam, salua gratia CHRISTI, cumq; insanũ esset, de libero concilio uel somniare (Nam sic scribit rerum istiusmodi, nostra quidem sententia, haud uanus augur Erasmus, Monacho cuidam. Nec est, quòd spectemus concilium. Sero ueniet, obstante principum dissidio, Etsi fuerit institutũ, sedecim annis agetur, de rebus longe alijs, quàm de ceremonijs) nõ potuimus tamẽ prodere Euangelicã ueritatẽ, aut cedere tantis ueritatis hostibus Ecclesias sanguine CHRISTI uindicatas. Videbamus prorsus Dei nobis uoluntate Euangelizandi necessitatem indictam. Non secedebamus à quoquã nos, sed abijciebamur ab omnibus qui Ecclesiasticarum rerum potiebantur, non coniurabamus in factionem propriam, sed coniurare illi in nos orbem etiam prouocabant. Christianorũ titulum illorum Ecclesijs nunquam ademimus, scientes errare apud eos ouiculas CHRISTI non paucas, multas etiam iam toto pectore spirare ad pascua ouileq; pastoris sui, Ipsi aũt nostros cœtus omnes immanibus quibusq;, & diris conuitijs notatos, Satanæ adiudicarunt.

carunt. Quanto studio optabamus cum infirmis infirmari, quàm non grauatim purificationis uota & nuncupare & soluere cum Paulo libuisset, etiã ubi nihil eramus cõtaminati, sed feceramus, quod iusserat CHRISTVS, Timotheos deniq; circumcidere nulla fuisset molestia, sed deerat omnis spes lucrandi, Nemo uel pilum remittere ex manifestissimis non erroribus tantum, sed & sceleribus, ita, ut & hodie uidetis, comparatos, sustinebat. Abiecti igitur &, quantum in illis est, omni uiuentium communione eiecti, deuoti quoque & destinati omnis generis cruciatibus, & tormentis, idq; ab ijs, qui Papæ, id est, patres, qui Episcopi, hoc est, animarum nostrarum curatores, à doctoribus & pastoribus nostris, quid fecissemus aliud, quàm quod conati sumus, toto scilicet corde, tota anima ad CHRISTVM unicum animarum nostrarum pastorem nos conuertissemus, Et satis superq; experti, nihil posse iustitiæ & iniustitiæ, luci & tenebris, CHRISTO & Belial commune esse, istis pseudoecclesiasticis, non autem Ecclesiæ uale dixissemus, hoc est, desiissemus uuas sperare à sentibus, ficus à tribulis? Adhortari igitur nostros cœpimus iam aduenisse tempus, cum etiam parentes, uxores & liberos, imo & propriã animã odisse oporteat propter CHRIstum. Operæ ergo precium esse oĩa

præ hoc abnegare, utq; ab uno hoc expectamus omnia, ita nihil non ad eius præscriptū reforma re. A mundo iam tormenta & cruces expectari posse, ut in doctrinam CHRISTI nobiscum con spiret, nondū posse. Quemadmodū igitur quisq; suum portet onus, necesse sit, & sua iustus fide ui uat, oporteat, quēlibet pro se priuatim, quālibet domū, quālibet Remp. quēlibet principē, dare o perā debere, ut tanto plus deferre CHRISTO suo, quanto ille cuncta præcellit, iure uideatur.

Quare sub latæ horæ Canon:

Cum igitur horæ illæ, quas uocant, nullo spiri tu, nullo cum fructu, tantū pecuniæ & uentris causſa, dicerētur, admixtaq; illis essent multa im pia, quibus tribuebatur diuis, quod solius dēi est, ut pellere morbos, adferre uitæ commoda, libe rare peccatis, uiam munire in cœlos, & mul ta alia, ad quæ nemo pius non inhorresçat, testati sumus id quod res est, illis irrideri irritariq; de um. Quod ipse Dominus ijs abunde confirmauit, quæ de ceremonijs à se ipso institutis, dum præter innocentiæ studiū adhiberentur, dixit, Esaiæ pri mo, & multis in locis alijs. Quin si etiā nihil impij in se haberent, ac etiam cum aliquo Dei studio di cerentur, adhuc tamen cum & pluribus uer bis oneratæ sint, quàm suum queant fructum, uel ipsis dicentibus afferre, tum contra tam apertum spiritus sancti edictū, per Paulum euulgatū in lin

gua, qua

gua, qua nequit plebs aliquid doceri, uel exhortatione officij sui admoneri, dici cantariq; solitæ sint, Ecclesiæ Christianorum submouendæ erant, aut certe sic emendandæ, ut & dicentibus, & audienti populo, frugem bonam afferrent. Ad hanc itaq; emendationē diligenter primū inhortati sumus ipsos, q ex hisce Horis, per quā laute, uereq; pontificaliter uiuūt, quod cū negligerent, Magistratus, cuius partes sunt publica mala tollere, ut prohiberēt illos, Deo sic illudere, hortati sumus, Quod quā pie fecerimus, paulo post rationē red

Idem factū & de exequijs mortuo (demus. rū, quæ Eccīasticis supra dimidiū opū, quas posi dent, aduexerunt. Vt uero impudenter his tā illusum Deo, quā impostum orbi est? Nulla scriptura purgatoriū docet, & si qua maxime esset huiusmodi Christianorū, qui cum aliqua labe hinc migrant, conditio, ut in alio luerent seculo, quod hic admisissent, quæ tamen audacia, tam magno ista nulli intellecta murmura, hoc uendere nomine, quasi demulctus illis Deus, flammam purgatorij, uel mitiget, uel restinguat, quibus nihil aliud tamen quàm execrandum in modum diuina luditur maiestas? Quod qui non intelligit monitus, huic mirum, si unquam in mentem uenit, quid DEVS sit, quidue à nobis poscat. Sunt ergo in hoc sacratißimi illi hymni uobis per tot secu-

Cur abolitæ neniæ mortuorū.

la, & tantas aliorum librorum clades seruati, non solum, ut pro nænijs absq; mẽte admurmurati quæstui seruiant, ut taceam aliã, ocioſorum, ſed præterea obſcurent etiam, immo oblitterent meritum ſanguinis Domini noſtri IESV Chriſti? Nam cũ huic oĩs ſcriptura peccatorũ expiationem tribuat, auſi fuerũt iſti mundo perſuadere, tum demũ ad miſeras aĩas uim expiatricẽ ſanguinis Chriſti peruenire, cũ eam ipſi ſuis illis cantiõibus & preculis euocaſſent. Mitto, quæ alia ab ethnicis mutuata in Eccliæ uſum inuexerũt, aquam luſtralem, cereos, frondes, odores, ueſtes pullatas. O tenebras, o mortẽ. Quã optabile quibusuis tormentorũ generibus transmitti ad Chriſtũ, quàm hic diuerſari diutius, ſi has tantas tanq; perniciosas tenebras pergãt amare homines, præ uiuifica Chriſti luce, benignis adeo irradiãte fulgoribus. Lugere aũt modicc mortuos, & reſipiente ſpem reſurrectionis funere, illos terræ demandare, cum hoc quoddam ſit germanæ dilectionis officium, cuius nullum unquã ſanctorum piguit, etiam laudamus. Reliquis noſtris officijs, ſicut uiui tantum frui poſſunt, quid enim uel uerbis, uel rebus iuuemus mortuos? ita ſolis uiuis ea quoq; impendere hortamur.

Precari poſſe nos pro uita hac functis nonnulli putant, ſed haud ſcio, an hi intelligant, quid ſit

uera pre

uera precatio. Neq; est enim hæc opus uoluntatis nostræ, sed spiritus scrutatoris profundorum Dei, qui nunquam ut dei uoluntatem mutet, sed semper ut suam potius illius conformet, inenarrabilibus in sanctis gemitibus preces instituit, ante omnia orans, ut Dei nomen sanctum in hoc seculo habeatur, ut obtineat ubiq; eius regnum, ut obtemperetur ab omnibus agentibus in terra eius uoluntati, ea propensione, qua qui inhabitant cœlos. Deinde nullam omnino in omni scriptura fusam à sanctis pro uita functis precem legimus. Nam inter legitimos scripturæ libros satis constat historiam Machabæorum nondum receptam esse. Sed ut possit fidelis animus & pro mortuis precari quod forsan Dei & post hanc uitam in electis nomen sanctificetur, perficiatur regnũ eius, & consumetur uoluntatis eius obedientia, (sicut enim consiliorũ Dei latitudinem nemo nouit, ita quantum pateant inenarrabiles illi spiritus in sanctis gemitus, nemo eloquetur.) cum nihil horum tamen scriptura doceat, quæ tamen ad omne opus bonum instruit, nihil tale affirmandũ est ei, qui eo loco in ecclesia ministrat, ut Dei uerba dũtaxat loquatur, tantũ abest, ut liceat publicam hanc obseruationem facere, ita ut facta est ab ecclesiasticis, imò omnibus alijs quod quæstuosior esset, cæremonijs prælata.

An præcãdum pro sanctis.

Iam cum in Missa, quascunq; uidere est, & in horis illis, & mortuorum nænijs superstitiones & abominationes, in immensum accumulatæ sint, idque eo maiori cum offendiculo simplicium, quo diuiniora hic omnia & tanquam à Christo ipso nimirum corpore præsenti sanctificata habeantur, hanc minime omnium ferendam Christianis censuimus. Nam præter sacratißima Dei uerba sine mẽte demurmurata, multæ etiam horrendæ blasphemiæ, & uanißima illa per tot peregrinos gestus, tantique constantem cultum, impostura, in hoc miseris mortalibus uenduntur, et quidem maximo, ut euanescente in CHRISTVM fiducia, omnis salus expectetur à missantibus. Vnde proh dolor, factum est, ut hodie tot millia omnem pietatem in audiendo Missam reponant, quo cum defuncti sunt, putant nihil sibi posse officere, Deo in totum illum diem quicquid uiuant, abunde placato, præsertim si ad Missam, certas quasdam, nec parum superstitiosas preculas, utcunque effutierint. Hanc tam importunam, tanq; horrendam totius innocentiæ ruinam, per Missam inuectam, huic præcipue debemus, quod persuasum uulgo fuit, sacrificum quoties Missam facit, CHRISTVM suis manibus corpore præsentem

Cur abrogata Missa

ſentem patri de nouo offerre, eoque impetra-
re ab illo, ſed his præcipue, qui dono aliquo Miſ-
ſæ participes ſe feciſſent, quiduis, ſanè non animi
tantum, ſed & corporis bona uniuerſa. Hanc
tam abominandã impoſturã, altera ſuffulſerũt,
Miſſam eiuſmodi eſſe, ut qualis qualis ſit, qui
eam habeat, meriti tamen ſit infiniti, & ad ob-
tinendum diuinitus quiduis efficax. Cum omnis
ſcriptura teſtetur nulla re æque irritari De-
um, atque ſimulato eius cultu, & dum quæ ſa-
cra ipſe dedit, impuris mentibus tractantur. Id
quod ut uerba, quibus hoc Deus diligentißime
per omnes Vates ſuos inculcauit, prætereamus,
ultrice flamma, qua alieno tantum igni uſos Na-
dab & Abiu, ſelecti ſacerdotis chara pignora
hauſit, plaga, qua ſuſtulit Oza ſacerdotem,
lepra, qua inſigniuit regem Vſiam, peſte de-
nique qua graſſabatur in Corinthios, indigne
ſacram CHRISTI ſui cænam agitantes,
alijsque ſimilibus ultionibus abunde teſtatus eſt.
Nulla autem grauius, quàm qua, ut DIVVS
PAVLVS primo ad Romanos ſcripſit, ſo-
let iſtiuſmodi fucos, in ſenſum dare reprobum,
ut ea admittant ſcelera, ijs madere incipiant fla-
gitijs, quibus iam uel pueris uideantur, id quod
ſunt, tam nimirum alieni ab omni uero cultu,

miniſterioq; Dei, quàm ſunt nudi omni innocẽtia & iuſtitia. Quæ ultio ſi in ullos unquã ſæuijt dire, ſæuit in Miſſatores dirißime, quod iam diu totus publice deplorat orbis. Quis enim, qui dcum modo credit, non totus contremiſcat, quotics uel cogitat, quam uixerint uitam iam ſeculis aliquot pontifices, cardinales, epiſcopi, & ordo eccleſiaſticus totus? Vere ſtupẽda Dei lenitas eſt, qui uel ob ſolas Miſſas non totum pridem orbem euerterit, quando in Corinthijs ilico, ut cænam irreuerenter agitare cœpiſſent, peſtem immiſit tam ſæuam, quandoquidem hæc apud nos non irreuerenter modo, ſed & peruerſe, ſed inuſitata impietate, ad totius pietatis extinctionem, et omnium ſcelerum fomentũ, tot iam annis uſurpata eſt, quoq; plus ueneni orbi propinaret, tantopere etiam frequentata. Priuatas enim Miſſas ueteres prorſus ignorarunt. Hic ſanè cum aræ nuper ſubmouerentur, deprehenſum eſt nullã carũ, quæ priuatis quidem miſßis factæ erant, etiã in primo templo, ſtetiſſe ſupra annos ducentos uiginti. Tot namq; annos habuerunt, quæ fuerunt oĩm antiquißimæ. Hæc ergo ſimulatq; nobis diuinitus datum eſt, agnoſcere, ut par fuit, Chriſti quoq; plebibus adnunciare ea ſtuduimus. Cunq; ab his, quibus Miſſæ nulla alia quàm lucri cauſa charæ & obſeruatæ fuerunt, non poſſemus hoc impetrare, ſed

nec ipſe

nec ipse magistratus, ut quicquid huius est, ita ut Christus instituit, gererent, tollendas penitus do cuimus, utpote in qbus ludibrio haberetur mors seruatoris, qua ut uita nobis reparata est, ita ni hil est, quod pari religione, pari pietate, celebra ri conueniat.

Iam cum sic habeãt horariæ illæ preces, tales sint mortuorũ exequiæ, horis prope exequatæ, Missa deniq; totius habita religionis caput, tanta christianismi pestis, quid de monastica uita cen sendum sit, facile liquet, quando hodie qui huic sese addicunt, nihil aliud à reliquis ecclesiasticis differãt, quàm quod qui uolũt inter illos esse reli giosiores, istas superstitiones habent & frequen tiores, & nonnunquam maiori fuco uendibiles, Tum in obseruando delectu ciborum, uestium, lo corũ & temporũ aliquanto sunt magis anxij. De niq; pro ordinis sui quisq; dignitate & tutela rium deorum doctrina & sanctitate digladia antur insanius, meritaq; cum sua tum diuorum suorum uendunt impudentius. Reliqui sic uiuunt, ut nullum sit mortalium institutum, bonis æque abominabile, id sic notum prò dolor orbi est, ut ostendere pluribus opus non sit. Cum ergo qui ex præcepto dei parere magistratibus, morẽ gerere parentibus, inseruire debebant omnibus, in talem impietatis, & omne genus scelerũ seruitutẽ quan

Cur abro gatum in stitutũ cœ nobiticum

Quid senti atur de uo tis.

Votum obedientiæ.

dam uoto obedientiæ, quod uocant, ſeſe abijciũt, ob quã nulli prorſus niſi uitæ talis exactoribus, contra tot aperta Dei præcepta obtemperare liceat, Cum quas collatas à Domino facultates, primũ familiaribus, deinde aliis CHRISTI minimis bona diſpenſari fide oportebat, uoto illo ementitæ paupertatis cœnobiorum præpoſitis non iam iuxta uoluntatem Dei, ueri Domini in ſcripturis aperte adeo teſtatam, diſpenſandas, ſed ut res ipſa clamat, uel in cumulum reponendas, uel certe in deteſtandos uſus dilapidandas, ſemel contradant. Vt enim alia taceam, an non execrandũ, tanto luxu' ueſtiri ornarique lapides & ligna, & interim egere, algere, & perire tot uiua membra, & templa CHRISTI? Cum denique quibus hanc potißimum curam eſſe conueniebat, ut caſte & ſancte uiuerent, ſique id ſibi non eſſet datum abſque uxore præſtare, ſentientes id in ſe Domini dictum. Non eſt bonum homini eſſe ſoli, locum habere, honorabile inter omnes coniugium & cubile impollutum non aſpernarentur, uoto caſtitatis huc ſe adigant, ut aut ea torqueantur uſtione, cui connubium Paulus uerioris caſtitatis maximus adſertor, ingenue præfert, aut certe in ea labantur dedecora, ut nullis bonis non ſint maxime deteſtabiles, ſic ergo

Votũ paupertatis.

Votum caſtitatis.

Sic ergo cũ ſe hiſce obediẽtiæ, paupertatis, & caſtitatis, uotis, legitimæ obedientiæ, iuſtæ paupertati, ſynceræ caſtitati, ij qui uitam monaſticam, ut ea hodie comparata eſt, profitentur, ſubducunt, auerſandæ inuicem omnis ſuperſtitionis & impuritatis ſeruituti ſe ipſos mancipantes, ingenti precio ſanguinis CHRITI in hoc redẽpti, ut ſpiritu et corpore ſancti, Deo, qui eos & condidit, uiuerent, uota iſta adſeruimus, impie nuncupari, magis impie ſolui, impiißime deniq; uelle ſeruare, ut dicunt perpetua, eoque, nihil poſſe æque pium ab his, qui iſtis ligati compedibus ſunt, fieri, quam diruptis illis, quàm primum ſe CHRISTO redemptori, DEO patri conditori, reſtituere. Si ſanè ſeruo non licet mutare Dominum, & filio familias ne matrimonium quidem non emancipato à patre, contrahere, qui liceat creaturæ, ſe imperio ſubducere creatoris ſui, uindicato ſanguine, poteſtate uindicis ſui? Id quod omnino in monachatu fieri manifeſtum eſt, quo non ſolum homines ſe legibus ſubducunt Dei, quæ quemq; ſuis magiſtratibus, ſuis parentibus, ſuis proximis addicunt, ſed præterea ei ſeuitæ dedunt, quæ ut dictũ, tot modis cum Chriſti inſtitutis pugnat. Eadẽ ratione et reliquorũ ſacerdotũ de celibatu

uotum posthabendum ijs adfirmamus, quicunq; castrationis propter regnum cœlorum accipiendæ capaces non sunt. Nullo siquidem hominũ uoto fieri potest, ut non pie scripserit Paulus. Propter fornicationem uitandam, unusquisq; suam habeat uxorem, unaquæq; suũ maritum, Nec est, quod quidam nugantur, precibus posse donum castitatis obtineri à quouis, Cum CHRISTVS, dixerit, non omnes huius dicti esse capaces. Certe si doctrina dæmoniorum est, nuptias prohibere, non poterit, & hæc celibatus uoto indicta necessitas, alij magistro ferri accepta. Quid enim refert, qua ratione efficias, ut coniugium negetur ei, qui sine eo caste uiuere nequit? Et horum itaq; tot modis suaui CHRISTI iugo aduersantem seruitutem soluendam per magistratũ docemus, prohibendumq;, ne cui liceat istis quenquam porrò pedicis irretire, tum interdicendum & ijs, quibuscunq; hoc hominũ genus publica, siue religionis, siue morũ offendicula obijcit.

Matth. 19. 1. Timo. 4.

Cur submota signa.

Superest de statuis & signis, quæ impie quidam nos è templis eijcienda docere putãt, quibus si non satisfecerint, tot per omnem scripturam huius rei, tãq; graues execrationes, haud scimus qua ratione placari queant. Scimus iactari Christi libertatem in externis, at si quis hac aliter, quàm in publicam utilitatem utitur, carnis licentia est,

tia est, non libertas CHRISTI. Iam dicere uel tantillũ imagines posse monendo conducere pietatis studiosis, quãta quæso hæc Dei blasphemia est? Nam simul, cum hoc affirmatur, adseritur Deum interdixisse suo populo, quod ad pietatem promouendam aliquid potuerit conferre illi, cui tamen ipse testatus est, se quicquid illi ullo modo posset saluti esse, tradidisse. Pius igitur nihil dubitabit, quin si signa istiusmodi, monẽdo, studium Dei aliqua rõne accendere possent, cũ ille populo tam multos alios, quibus suæ bonitatis admoneretur, externos ritus instituit, et hanc illi cõmoditatẽ neutiquã inuidisset. Est multorũ, quæ isti populo Deus præcepit, libertas, sed quæ pietatem per se nec promouent, nec remorantur, suoq; tantum tempore ad conseruandum illum cõmode in uera religione à gentium commercio seiunctum, profuerunt. At signa illa, uiuam & ad oẽm pietatem efficacem, rerũ in quibus Deus ipse sui aliquã imaginem exhibet, admonitionẽ oblitterant, & quasi auocatã ab illis mentẽ sibi aduertunt, euanidaq; quadam, & nullius ad emendandos mores, aucta reuerentia Dei, momenti, delusam imaginatiuncula, sensim solida Dei admiratione atq; religione soluunt. Qua sanè caussa, & sancti patres, & uere pij aliquot Romani principes nullo pacto ferenda illa in templis duntaxat iudicas

runt, non minus tamen quàm nos libertatis Christianæ gnari. Et nostros itaque magistratus, hæc ut tollerent, hortati sumus. Sed peculiarem hac de re libellum, ad hunc mercatum Francofordiensem dedimus.

Quæ partes magistratus.

Verũ sunt permulti qui putent si etiã hæc, ita, ut nobis habentur, & mala sint & impia, non esse tamen partes magistratus illa tollere, Et, ut hoc quoq; concedant, non interesse id magistratus cuiusuis. Hos autem, ut in alijs omnibus, ita & hac in re scripturarũ conuenit autoritatem sequi. Nemo sane melius deo, quid sit cuiusq; officiũ, præcepit. Cum ergo is à populi sui magistratibus tam sæuere omnẽ exegerit submoueri superstitionum offendiculorumq; caussam, ut supplicio afficere iusserit, qui ceremonias inuexissent alias, quã ipse præcepisset, id non minus ad nostros quoq; magistratus pertinere arbitrati sumus, quàm ad ipsos pertinet studiũ gloriæ Dei, salusq; populi, quẽ in fide illorũ esse, non alia rõne is uoluit, qui condidit, quiq; filij morte sibi redemit, quã ut inprimis curẽt suũ in illo nomẽ sanctificari, aduenire suũ regnũ, fieri suã uoluntatẽ, idq; tam studiose, tam libenter, quã illi obtẽperant cælites. Libertas est legis Mosi, sed sic ut spũs nos moderetur legislatoris conditor. Hic igitur si quẽ agit, qui duceret aliò, quã quo uocauit in lege, in his dũtaxat quæ per se momentũ habent ad pietatẽ, ad iusticiã publicam,

Deuter. 13.

blicam, ad morũ honestatẽ. Sunt enĩ minime pauca, ut superius quoq; diximus, quæ ad cõtinendũ in officio Dei populum, habentẽ instar pueri, sub pædagogi disciplina cõstituti, suo tantũ tempori deseruierunt, ea ut abrogata modo sunt, quãtum ad literã attinet, ita par est, ut tanto curent Christiani ex libero spũ sollicitius, ne quid dicant aut faciãt, quod nõ ut ad utilitatẽ sanctorũ, ita & ad Dei gloriã aliqd conferat. Paulus et Petrus noui Testamẽti populo, quã sacrosancta sit autoritas magistratus cõmendãtes, testãtur in hoc diuinitus constitutũ, ut mala uindicet, bona prouehat. Iã qd æque malũ & intolerabile bonis, quã palã irridere, ludibrioq; haberi Deũ? Quid aũt aliud, quã illusio, apertaq; cõtumelia dei est, tãquã cultũ eius etiã magno uendere, quod ipse molestã sibi, & nõ ferendã esse abominatõem passi apertis adeo uerbis testatur? Pellebat è tẽplo Chrũs, et facere ex illo spelæũ latrocinij eos, qui ad cõmoditatẽ sacrificiorũ, quæ ex lege dei fiebãt, hostias uendebãt, æsq; ad cõmutanda numismata, aut etiã mutuum dandũ in promptu habebãt, tantum hac causſa, q, cultũ prætexentes Dei, inhiarent quæstui. Hic ergo cum specimen exeruit regni sui, quodq; principibus & magistratibus faciendum esſet, ipse principum princeps ostendit: qui ferant, quos huius obtinet, agitq; spiritus, eos, qui non pecudes, non mile æs, sed ipsa sacra dei uerba, eaq; exe- 1. Cor. 10. Esaiæ. 1. Psalm. 50.

erandis blaſphemijs contaminata, ſibi mererefaciunt, unde poſtea affatim ſuppeditet, quo non ipſi ſolũ, ſed quàm plurimi prætereà qui ipſis in delicijs ſunt, materiam omnis luxuriæ & libidinis, ſuperbiæ & tyrannidis habeant? Sed quid opus uerbis? ubi modo illud ſatis perpenditur, EGO DOMINVS DEVS TVVS ZELOTES, VLCISCENS INIQVITATEM PATRVM IN FILIOS, &c. nemo eſt, qui non ſtupeat, unde factum ſit, ut iſtos Dei illuſores non pridem aut dehiſcens terra, uiuos abſorpſerit, aut certe demiſſa cælitus flamma hauſerit, præſertim poſteaquam probe moniti ſunt, ut ipſi æternæ ueritati fucus, ut ſummæ iuſtitiæ tam impudens malicia deteſtabilis ſit, & execranda. Quis non totus inhorreſcat ſe quãdoq; tam impiæ affinem illuſioni fuiſſe, quem non exanimet ucl illud modo cogitaſſe, quod habet Pſalmus quinquageſimus. Impio autem dixit Deus, quid tibi, ut enarres ſtatuta mea, & aſſumas fœdus meum per os tuum. Tu autem odiſti diſciplinã, & proieciſti uerba mea poſt te. Sic ergo cum habeant ceremoniæ partim cõtra dei uerbũ, partim præter ſtudium Dei, nomine cultus ipſius, non exhibitæ tantum, ſed magno quoq; uenditæ, nemo qui iuſtam harum rerum inire rationem uolet, dubitare poterit, quicquã omniño malorum eſſe, quod

esse, quod pari zelo magistratus, atq; has condi-
ditoris nostri cõtumelias tollere debeat, nisi nõn
sit Dei nomen ante omnia uindicandum figmento
Dei, ei præsertim, cui acceptã ab illo potestatem
in hoc potissimum exercere competit, ut ipse De-
us ab omnibus, ut par est, & agnoscatur, & cola
tur. Sed sunt qui esse tollenda hæc per magistra-
tum concedãt quidem, at non quemlibet, co quòd
non uno uel altero in loco, sed in tot regnis, mul-
tis iam seculis nihil minus, quàm superstitiones,
Deiq; contumeliæ habeantur. Hic rursus operæ
precium est, ut auocatam alijs à rebus mentẽ, ipsi
dei uerbo, quod solũ fallere nequit, intendamus.
Quo enim istæ abominationes patent latius, &
à pluribus pro Dei cultu habentur, hoc magis no
xiæ sunt, & ferendæ minus, & si iure antequam
mãus admoueat magistratus, quales sint per scri
pturas diligenter ostendi debeat. Quis Paulo iu-
ris diuini consultior, quis uerbi dei interpres cer
tior? Hic ita scriptum reliquit. Non est potestas,
nisi à Deo, quæ uero sunt potestates (obserua, nõ
scribit potestas) à deo ordinatæ sunt. Si ergo nul
la non sit diuinitus ordinata potestas, & tanto de
ceat quemlibet magistratũ, principis Dei uolun-
tatem pluris quàm cuiusquàm hominum facere,
quãto hic omnibus maior est, nõ potest excusari,
quisquis malorũ uindicem gladium gestat, si eum

in ſumma illa, & quib. ſuprema petitur maieſtas, non ſtrinxerit, quicquid uelit is, per quẽ, ut pote ſtate fungentẽ eminentiore gladium accepit, per quẽcunq; emi illi gladius cõmendatus ſit, à deo ta men illũ accepit, eiq; gerat, oportet. Deus noſter deus pacis iõ à Pau. uocatur, q; ſicut ipſe rectiſſie optimoq; ordine cuncta inſtituit, ita uelit & nos noſtra, quã decẽtiſſime oĩa cõparare, hinc fit qui dem, ut ptãtes etſi uniuerſæ à Deo ſint, aliæ tamẽ alijs ſuccenturiatæ, et uelut ſubſeruientes iure ha beantur. Eoaũt fieri neqt, ut propterea deus unus & ſolus princeps, à quo quicũq; imperio pollent, non ptãtem mõ, ſed oĩa, ſeq; ipſos acceperũt, non tantũ habeat in quosuis iuris, quantũ habere uide mus, in ſuoſubiectos imperio, quẽuis regulũ, comi tem, aut ducẽ. Iſti habent præſides primores, qui ſecundarios et tertiarios præfectos conſtituunt. Nemo tamẽ eſt uel è plebe, nedũ magiſtratuũ me diocriũ, qui ſi de principis uoluntate in re aliqua certus ſit, moretur, quid poſtulet præſes ptãtis ſuperioris. Præſidem ſiquidẽ principis illũ a~no ſcit, non principẽ, eoq; merito non dubitat, ipſi ſe tum maxĩe morem geſturum, cum geſſerit princi pi. Cum iã ergo & pontificiæ, & Cæſareæ leges in oĩbus diuina iuſſa excipiant, ipſiq; ſuis, diſertis uerbis derogent, ſi illis non conſenſerint, nemo oĩno magiſtratus tam exigui imperij erit, ſi mo-

do ullum

dō ullum imperium habeat, quod merum uocant, quem non deceat (quamlibet superiorem potestatem merito suspiciat, & obseruet) in primis quic quid inciderit, spectare, quid probet Deus, qui illi sane toto corde, tota anima, totisq; est uiribus diligendus, cūq; de eo per indubitata ipsius oracula certus fuerit, illud omni reiecta contatione arripere, nihil hæsitantem, id sui muneris esse, quantumuis obstrepat potestas superior. Etenim ipsæ Cæsarum leges sperare hæc iubent, facile fore, ut illa re melius perpensa, collaudet ex sententia primi principis factum, quod hanc ignorans cupiebat remorari. Hoc certe nemo sibi unquam principum sumpsit, ut cum condendi leges, instituendi Respublicas, submouendi publica offendicula, animaduertendi in scelera ius & potestatem cuiquam contulit, sic uoluerit eam moderatam, ut quæ maxime pietati obessent, non tollerentur, non uindicarentur. Quare imminutæ maiestatis is sese obligauerit, quisquis hanc illis impietatem tribuerit. Dei enim non suum imperium gerunt, & in huius administrationem asciscunt, in quoscunq; potestatem partiuntur, unde in primis illis diuina obseruandi iussa ipsi necessitatem imponunt. Hæc si hos contingat non agnoscere, ac ideo exigere sic geri imperium, ut illa ullo in officio negligantur, CHRISTI

anis potius moriendū est, quàm suscipiendū imperium, non per omnia pro eius gerendū uoluntate, cuius totū est, cuiusq; nosipsi sumus, quanti quāti sumus. Quid enī hic aliud sit, quàm si cui Episcopus curam mandet Ecclesiæ, prohibeat autē illi purū adnunciare Euāgelion Christi? Id quod hodie plurimi prohdolor audent? Certe ut pastorē ouicularū Christi agere nēo potest, nisi doctrinā salutis optima fide, & purā illis administret, sic nec gerere imperiū quisquā poterit, qui non ex Dei sentētia submouere potestate sua mala, fouere & instituere bona studeat. Aut igitur nō suscipiendū imperiū est, aut ita suscipiendū, ut illud ex sentētia geratur Dei, cuius est. Ita si quis illo iam fungitur, cōibus sibi legibus delegato, nisi uelit mortales præferre Deo, & uiolata fide, qua illi
Ephe. 4. obstrictus est uero principi, deficere, nō ad huius præsides, sed iam ex præsidibus factos hostes, necesse est tanto in oībus cura maiore exequi, quæ iußit Deus, sollicitus sit, quā cuiusquā principū, quāto ille principibus oībus supereminet, Tamq; non est etiā absq; Dei nutu ponendū imperiū, quā non est prodendus Dei populus hostibus dei, quā non est abijciendū quoduis aliud munus iniunctū diuinitus, imò hoc alijs eo minus, quo ē sublimius, quoq; pluriū ab illo salus pendet. Certe cum boni pastoris sit lupo adeo non cedere, ut animā citius pro ouibus ponat, præstiterit pium magistratum

unà cum populo prælatis fortiter iugulis, in regnum subuolare libertatis consummatæ, quàm locũ relinquere, quàm redemptos CHRISTI sanguine exponere libidini satellitum Satanæ. Interim autem nihil non tentandum est, ut à pijs magistratibus, ita & populo, cui imminet potestas superior, CHRISTI adhuc regno infensa, si impetrare ullis rationibus possint, ut quos Deus potentia ampliore sibi similiores, deosq; formidabiliores effecit, efficiat sibi similes & bonitate, reddatq; Deos etiam amabiles, agnoscentes iam eum, à quo in deorum locum constituti sunt. Hinc ante omnia ardentißime pro illis ad Deum preces, quod omnis scriptura peculiare sanctis esse uoluit, fundendæ. Habet enim ille in manu sua, ut omniũ, ita horum corda, hoc magis, quo in plurium capita potestatem acceperunt, soletq; ita quocunq; libuerit, illa dirigere, ut riuuli solent deriuari in pratũ. Quid? ut fustis, ut securis Domini sũt, res prorsus ĩmotæ, si illis uti ipse cesset, utcũq; agere, impellere, uersare uideãtur omnia Deinde quo minus illis in aliquibus licet morẽgerere, obstantibus. s. iußis Dei, quæ antequam desserantur, millies pio uita ponenda est, hoc in reliquis, etiam quæ inique postulant, modo nullam habeant præstita impietatem coniunctam, parendum est studiosius. Satagendum deniq;, quantis

omnino licebit conatib. ut cognoſcere illi planè queãt, quæ nam ratio religiõis noſtræ, qd ſibi uelint dei iuſſa, plus nimio hactenus obliterata. Quis enĩ neſciat eorũ, quibus lucrũ eſt principes, deũ non rite agnoſcere, ſtudia, quã ſolicite curẽt ne ſolidã dei ſciẽtiã illi unquã percipiãt. Sũma oĩm eſt. Oẽs, ut Paulus ait, poteſtates à deo ordinatæ ſunt. Oẽs igitur ita gerere imperiũ addecet, quod acceperũt diuinitus, ut Deus gerendũ præcepit. Is claris adeo cũ præceptis, tũ laudatiſſimorũ principũ exẽplis docuit, ante oĩa ei qui ĩperiũ gerit, curandũ, ut quantũ eius fuerit, ſarta tecta ſit religio, ut ſyncero ſtudio cuncti deũ colant, nullo ſimulato & humanitus excogitato cultu irrideant, ut pure pietatem populus doceatur, ne cui liceat palã doctrinæ chriſti oppedere, aut qcquã deſignare, unde à uero dei cultu ſimplitiores queãt auocari, ut quicquid impietati, ut ſeruĩt, ita porrò ſeruire queat, penitus auferat. Hæc cum tam ſeuere exigat deus, nulli poteſt mortaliũ, dũea curãtur, fieri iniuria. Si id illi ſecus accipiãt et ideo multa minitentur, memores eſſe oportet, præſtare ut deũ metuamus, qui cũ corpore & animã gehennæ addicere poteſt, quã eos qui cũ corpore animã ſoluerint, et uiã illi ad chriſtũ ſuũ munierint, nihil habẽt, quod faciant præterea. Hæc ſunt ferè præcipua, quæ docemus noua quidẽ, ſi cũ his cõferas quæ iã aliquot ſeculis tradita ſunt, at ſi cũ illis quæ arcanis prodita literis ſunt, nihil minus. Fidẽ ubiq; ĩ deũ per chriſtũ ſolidã, ut penitus ab ipſius bonitate, nulla prorſus niſi chriſti aduocatione fretus, tibi oĩa ſperes ſicut iuſtitiã, ita ſalutẽ tũ dilectionẽ, quæ oĩbus oĩa fiat, liberoq; rerũ oĩm uſu quorũ libet cõmodis ĩſeruiat, ſcripturæ docẽt, precipiũt, inculcãt. His ergo, quæ pridẽ i eccleſia dogmata, quæ obtinue

rũt ceremoniæ, cũ qb. nos quidẽ pugnamus adhibeãtur, si nõ deprehẽdetur manifesto manifestius ad subuertendã et fidẽ et dilectionẽ, inuecta esse oĩa, impiæ temeritatis pœnas nulli deprecabimur, qui abolere ea ĩ nostris ecclesiis laboraueri mus. Verũ eos iudices huius appellamus, quib. persuasum sit deũ esse, qui christũ nõ habeãt pro figmẽto, meditatũq; tene ant, quid sit deum diligere ex toto corde, ex oĩbus uiribus, quid sit serio esse discipulũ Iesu Christi. Illos, qui deũ ore tã tum iactãt, factis uero negant tã aperte, corporũ carnifices ferre, dũ sic patris bona uolũtas tulerit, uolumus, doctrinæ iudices nõ uolumus. Iã et de uita nostra dicemus, sed multo breuius, q; hãc cognouisse nõ tantum interest salutis fratrũ, quãtũ tenuisse uerũ de doctrĩa, quæ quales quales sumus, dei nõ nostra est. Institutũ igitur nobis est, deus iudicet qcunq; si mulãt, quãdoquidẽ certi sumus cœlitus nobis prospici, & ni hil nõ in salutẽ nostrã adtẽperari, pro uirili, pro cuiusq; do no, et diuinitus accepta facultate, ĩ hoc qbuslibet inseruire, ut ante oĩa christũ agnoscãt, deĩde et hãc uitã cõmode degãt Hũc rerũ delectũ, hũc seruare modũ, damus operã, quẽ cõsi dimus sicut probatũ iri deo. ita nõ displiciturũ bonis. Luxũ simul, et infrugiferã parsimoniã fugimus. Magistratui per oĩa, publicisq; legib. et morib. mõ neqd exigãt, quod per sũ mũ prĩcipẽ nõ liceat, morẽ gerere cupimus. Quin ne ijs qdẽ Papæ decretis aut cuiusuis alterius quæ partæ per christũ li bertati, non aduersantur, obtẽperare, quatenus id citra ia ctura licet pietatis, grauamur. Animus profecto hic est, le dere neminẽ, prodesse omnibus. Ceremonijs cũ paucas adeo Christus instituerit nec Apostoli illas auxerint, ut quibus nõ semper, solida pietas promoueatur, Ecclesiã Christi nul

lĩ oneramus, cõtenti morem Apoſtolorum ſequi, ut conuenientes adiunctis doctrinæ & exhortationi, precibus, Pſalmis, ſacriſq; cantionibus aliis, quas canũt quidẽ, ut Paulus docet in lingua, quæ totum cœtũ ædificet, at non pueri ſolum cũ mulierculis, ut memorans admodum maligne Baſilienſis Eccleſiæ ritus, in Hiſpaniam ſcripſit Eraſmus, ſed uiri quoq;, et ij omnium ordinũ. Vt enim omnes CHRISTVM ſuum agnoſcunt ſeruatorem, ita una illum celebrare uoce ſtudent. Nec ſemel tantum, uel interdum, ut idem ſcribere ſibi permiſit, habetur contio, ſed pleriſq; in templis cottidie binæ uel ternæ. Nulla ſanè occaſio præteritur plebem ad uitam Chriſto dignam inflammandi. Si iam hæc ſatis fuerunt Apoſtolis, quis æquus & Chriſti gloriæ uere ſtudioſus plus requirat à nobis? Nulla indicimus ieiunia, at ſedulo ad illa hortamur, nec deſunt, qui his quoq; idoneos ſe Chriſti miniſtros exhibeant, et ſi publica facere hæc, Dominus nondum dederit, daturus indubie, ubi fermentum Euangelicum, omnem Eccleſiarum noſtrarum maſſam plenius peruaſerit, & precandi aliquando maiorem neceſſitatem immiſerit. Interim tamen frugalitati & temperantiæ, quã D. Chryſoſtomus haud multum à ieiunio diſtare affirmat, certatim ſtudetur. Hi ſunt noſtris Eccleſiis mores, hoc uiuendi inſtitutum

institutum, hoc studium, quibus tamen per imprudentiam, & carnis huius imbecillitatem ea quoq; cottidie accidunt, ob quæ cum omnibus Dei filijs precandũ est, Dimitte nobis debita nostra. Verũ si qui nostrum, (qui ideo Papæ iugo carni haud adeo incommodo cervicem subduxisse, ut Christi iugo, spiritui tantum grato, submitteremus, gloriamur) quærant quæ sua sunt, nec ex animo Christum in se exscribere studeãt, ut Satan suam Christi tritico zizaniam nusquam non interserit, oramus ut hos fucos ita prodat seruator, ne per illos sacro sanctum suum nomen & uerbũ infametur, & pestifero ipsorum fermento, corrumpantur, qui sunt ἄζυμοι. At uero cum Christus ipse, areæ suæ purgator, prædixerit in fine mũdi è regno primũ tollenda scandala, et putres à sanis piscibus reiiciendos, quis postulet, ut hoc nos anteuertamus? Quales Pauli tempore, Corinthiorum quamlibet eximie ab tanto laudata Apostolo Ecclesia habuerit, huius ad illos literæ satis testantur. Neque enim leue fuit hos in studia scissos, propter homines, falsoq; dictæ scientiæ laudem tantopere inter se digladiari, Stuprũ quale de gẽtibus nullũ audiebatur, impune inter se ferre, litigare de rebus nihili, idq; corã ethnicis, imò iniuria & damno afficere fratres, idolorum mensis temere & cum offendiculo infirmio-

rum adesse, apud cænã dominicã pauperes negligere, & ebrietati indulgere, pleraq; in sacris cœtib. indecore et ad nullã institutã ædificatiõem gerere, de resurrectione uacillare. Quis neget hæc christianis indignißima, & multo grauißima peccata esse? Attamen cum horũ eos obiurgasset, atq; penitentiam multis laudasset, sic tamẽ rursum ad eosdẽ scripsit in epistola posteriore. Nã metuo ne qua fiat, ut si uenero, nõ quales uelim, reperiam uos, & ego reperiar uobis qualẽ nolitis, ne quo-
2. Cor. 12. modo sint cõtentiones, æmulationes, iræ, cõcertationes, obtrectationes, susurri, tumores, seditiones, ne iterum, ubi uenero, humilẽ faciat me deus meus apud uos, & lugeã multos eorum, qui ante peccaucrũt, nec eos pœnituit immunditiæ, libidinisq; et impuditiæ, quã patrarũt. Iam galatarum ad Mose ceremonias defectio, Pauli, cui antea effosos oculos dare parati fuerãt, fastidiũ, tum simultates inter se, & alia carnis opera, quibus affines fuisse eos, admonitio de his non obscure ar-
Phil. 2. guit, quàm dedecebant renatos Christo? Vt ucro horrendum illud quod quærituʃ scribens Philippensibus. Nam omnes quæ sua ipsorũ sunt querũt, non quæ Christi Iesu. Sed quid opus uerbis? Nulla omnino eius extat Epistola, in qua non subinde dicet, etiam eos quos fratres agnouit, & quibus non uulgarem pietatis laudem tribuit, suos habuisse

habuisse haud dissimulandos neuos. In laudatissima illa & aduersis singulariter probata Ecclesia Thessalonicensium erant, tamẽ qui inordinate uiuerent, nihil operis facientes, sed curiose agẽtes. Et nisi multos Ephesi ille superuacaneas agitandi quæstiones, & pro rebus friuolis contendendi morbus tenuisset, sicut & reliquos per Asiã, haud quaquã Paulus tantopere cũ morbũ scribens Timotheo, fuisset insectatus. Sed neq; ueriſimile est locum illum de parendo Magistratui, deq; fide à seruis præstanda heris, tractaturum fuisse tam diligenter, & tot locis, nisi et hic Satan aliquibus negotium exhibuisset. Hæc autem nequaquã hac causa memoramus, ut hinc malis nostris patrocinium quæramus, neque enim nos, si insynceri fuerimus, excusabit, si & olim mali fuerint, sed id cupimus monere, tam non esse propterea nostras Ecclesias in totum damnandas, quod istiusmodi malis multos habent obnoxios, quàm Paulus non abiecit suas. Hoc uendicat suæ ERASMVS, atque huius causa cum scripsisset in hac, cui respondemus Epistola, nunquam tam feliciter actum cũ Ecclesia, quin inter paucos bonos, multos pertulerit malos, subiecit & ipse catalogum malorum, quibus pressam Ecclesiam Apostolicam legimus, qua ergo æquitate plura requirit à nobis?

Id sedulo operam damus, ne quid eorũ scelerum obquæ sacro eijci cõsortio eos Paulus censet, qui fratres uocantur, ab ecclesiis tolceretur. Iamq; pridem in hæc per omnes ecclesias, quarum præcipue defensionem hic scribimus, nouæ pænæ decretæ sunt, & seueriter quoque de ijs, qui illis se obligauerint, sumuntur. Id quod hic & alibi non paulo peius habet ecclesiasticos illos, & qui cum illis faciũt, utpote qui impune hactenus pro carnis libidine uixerunt, quàm semel omniũ aboe litio ceremoniarum. Nouimus quendam insignis Ecclesiæ canonicum nõ incelebrem, ac inter eos, quos Erasmus confert Israëlitis, quibus non licebat in terra aliena canere canticum domini, qui cũ direpsemel in nos stomacharetur, uelletq; summum aliquod nefas, quod nostro Euangelio deberetur, memorare, graui cum indignatione dicebat, iam nullum Tiguri posse haberi scortillum, quod hospiti gratificaretur: cũ ingens antequã, irrepsisset hoc Euangelion, elegantium scortorũ illic copia fuerit. Militare prætereaexteris principibus, aut huius causa ullam accipere pecuniã, apud præcipuos Heluetiorũ pagos, que gens non credebatur sine militia & externa pecunia posse uiuere, iam annos aliquot capitale est, quapoe tiss. causa, qui in ea gente filij pacis non sunt, ab Euãgelio tam pacifico abhorrẽt. Vbi ius est in sacerdotio,

Militare capitale

cerdotia, conuertuntur illa in usus pauperum, & studiosorum, ut ubiq; in nostris Ecclesijs prospectum est, ne quis mẽdicet, sed domi suæ ex cõi elemosyna necessaria quisq; inopũ accipiat. Nusquã etiã non scholæ institutæ sunt, & bonarũ artium atq; linguarum professores conducti, Perpauci quidem adhuc literis mancipantur, sed in causſa est, quòd nõ sit cuiusuis liberis suis ad literas sumptus suppeditare, & Ecclesiastici in quemuis usum crucifixi patrimonium conuertere malint, quàm in studia literarum, pauperumq; alimoniam. Nemo aũt dubitet simul atq; nostri Magistratus plus Ecclesiasticorum reddituũ sui iuris fecerint, etiam huic malo succurretur, uti iam succurri probe cœptum est, ubicunq; eius uel aliqua facultas cõtigit. Nã & hoc charitatis esse nostri autumant, quibus non est abunde unde uiuant, Monachos & Sacrificos, suis emolumentis minime spoliare. Hactenus de uita, quam in nostris Ecclesijs, quales quales nos mundus habeat, quisq; pro spiritus CHRISTI, quæ sibi contigit portione meditamur, in qua quamlibet ipsi quoq; plurima desyderemus, talis tamen, CHRISTO sit omnis gloria, donata est, ut qui boni nostras Ecclesias, antequã hoc quod prædicamus Euãgelion doctæ erant, & modo mouerunt, confiteantur, non sine luculento diuinæ uirtutis miraculo factum

Sacerdotes obsistunt studijs literarum.

(liceat, PAVLI exemplo uera proloqui) ut quantumuis iusti Christianismi numeros nondum impleant, tam multa tamen in eis ad CHRISTI regulam imutata sint. Nos tamen merito oia pro nihilo ducentes, ut singulis adhuc plurimū deest ad id, ut CHRISTI in nobis digne imago eluceat, ad ea quæ à fronte sunt, et ipsi enitimur, & enitendū omnibus, docemus. Sic animatos nos, ij quibus CHRISTI gloria chara est, precibus & monitionibus, ut fortiter pergamus. iuuare debent, abijcere propter fucos qui inter nos sunt, ac eorū qui nobiscū adhuc, à Christo ex professo degunt alieni, scelera non debent. Qui enī uere spirituales sunt, instaurare eos, qui cum Dei aliquod studiū habent, à delictis tamen præoccupātur, student, non exaggeratis ijs quæ peccant, inuisum etiā reddere, quod in eis Christi est, multo minus exigere, ut præstēt oues, quæ admittunt admixti ipsis hœdi.

Iam demū ad crimina, quæ Erasmi in nos Epistola satis exagitata rhetorice, intendit, respondebimus, in quo si uspiam plū purgādi nos causſa à uero recesſerimus, aut qcquā uel reticendo subterfugerimus, uel dicendo obscurauerimus, oramus CHRISTum, ut id manifesta orbi ultione declaret. Quæ uero intendit crimina, hæc ferè sunt, nos artibus niti, & Euangelij professione indignis,

dignis, & id quoq; quod agimus, qualecunq; sit negotiũ remorãtibus potius quã promouẽtib. Deinde diuersam ab Aplis cãm agere, & nullis frẽtos uaticinijs, nullis miraculis, nulla rerum, quas cõuellimus adiutos absurditate, nulla deniq; uitæ innocẽtia instructos, antiquare uelle & abolere, quæ Ecclesia annis iã mille quadringẽtis bene & crediderit, & obseruarit, ac deteriora abolitis inuehere, Postremo cum propositũ nobis esse, uideri postulemus, Christianã restituẽdi libertatẽ, iugũ potius tyrãnidis conduplicauerĩus, eoq; nos adduxerimus, ut nobiscũ bonos quoq; plurios, in summũ periculũ pertrahamus, tanquã in hoc denotis ais simus, ut oĩm rerũ περιολεθρίαν inuehamus. His ferè capitib. oĩa quorũ nos hæc accusat Epistola, cõtinẽtur, cuius prorsus ille scopus est, omnibus persuadere, nos sub Euãgelij prætextu non tam præposteram & seditiosam, quàm auersandam, & exitiabilem status Ecclesiæ, ne Paulo quidem, ut opinatur, improbandi, innouationem, technis quidem, sed inconsultis & ineptis, et nobisipsis quoq; pernitiosis moliri. Prima illa accusationis suæ parte, qua ĩpingit nos conari in factionẽ nostrã tãtis periculis plenã, quosuis etiã inuitos ijs artib. pertrahere, qb. ab ea quosq; bonos potius abalienẽus, hoc præcipue reprehẽdit, quod quidã ex nobis, ad confirmãda nostra dogmata,

Capita accusationis Erasmicæ.

cum ex ſuis, tum aliorum, qui ab illis diſſentiunt, ſcriptis, aliqua ſublegerint, atq; uulgarint, conati ſimplicioribus imponere, quaſi illi nobiſcũ facerent. Hinc ſanè multis, ac per quã grauiter Nouiomagum noſtrũ, ut qui hoc uaframento, & amicitiæ ius uiolarit, et ſuæ, quã nobiſcũ agit, cauſſæ plurimũ obfuerit, obiurgat, Hic oro q̃ noſtra uolent iudicare, animũ pauliſper à tam uiolẽta Erasmi facũdia auocatũ, noſtræ quoq; balbutiei pauliſper aduertãt. Nobis perſuaſum eſt, negotium, quod gerimus, Dei eſſe. Nihil enĩ aliud uel nobis ipſis, uel alijs quærimus, quã fide in Deũ ſecuros euadere bonorum oĩm & dilectione officioſos in proximos. Oĩa igitur tentanda nobis putamus, ſi qua uel aliquibus illud cõmẽdare liceat, ſic illos CHRISTO lucraturi. In hac ſnĩa ſic ſumus animis obfirmatis, ut iam multi ordinis & inſtituti noſtri, non principum fauores tantũ, ſed facultates, ſed patriã, ſed uxorem & liberos, ſed uitam deniq; ipſam, alacri ſpiritu principi mundi præmargaritoEuãgelico ceſſerint. Reliquis quibus datum eſt horum iam ceſſiſſe aliqua, oramus à CHRISTO ſpiritum, qui eis perſuadeat, & reliqua, cũ in gloriã illius fuerit, deſpondere, nihil dubitãtes, hoc feliciores omnes nos fore, quo plura pro CHRISTO, dereliquerimus, paſſiq; fuerimus. Vt igitur beatos Seruator pronunciauit,

qui pro-

qui propter ipsius Euangelion multis, imò oĩbus hominibus fuerint odio, in eaq; pericula ultro uenerint, ut uideantur ipsi suã uelle animã perdere, ita si cui hinc cõciliari inuidiã contigerit, q. à nobis proditur fauere nrõ negotio, quod dei ẽe tot iam sanguine suo testati sunt, & nos oẽs, in tantũ res nostras discrimen ipsi adducentes, cottidie testamur (ob nulla enim flagitia, sed solam CHRISTI doctrinã periclitamur) beneficio illũ affeciisse nobis uidemur, ut reuera tanto quisq; felicior est, quo pro Christo plura pertulerit, nisi illi non credat. Deinde ut quis nostrã caussam putet, nihil minus quã Christi esse, testeturq; id etiã literis, uti Erasmus, & iam, et alias fecit, haud tamẽ propterea nihil ad nos attinere putamus, si quæ is actus spiritu Christi, uel nesciẽs pro nobis scripserit. Christi est quicquid uerũ est, & Christianis ideo ut propriũ uindicandũ, ubicũq; id deprehenderit. Si licuit Paulo illũ DEORVM IGNOTORVM titulum, indubie non solũ contra eorum, qui tum religionis interpretes erant, sed etiã eorum qui illũ primi consecrauerant mentẽ, ad suum detorquere propositũ, cur non liceat & nobis, ex scriptis in publicũ editis, ac inde iuris publici factis pro ueritate citare testimonia, quicquid uel modo illi sentiant, qui scripserunt, uel etiam senserint tum, quando illa scriberent?

Cui unquã non licuit, & ex hostiũ dictis testimonia petere? Scimus nec Erasmũ, nec Lutherum in re Eucharistiæ per omnia nobiscũ consentire, nec id dißimulamus tot contra & Lutheri, & Pontificiorum sententiã, euulgatis libris. Quid autem hinc caussæ, cur, quæ magister noster CHRISTVS, per hos, dum eis nulla transuersum actis contentione, syncerioribus, ut nobis quidem uidetur, utebatur, in salutem nostram, dixit & scripsit, proferre ijs qui in illũ credunt, non auderemus? Fraudis nos iure Erasmus argueret, si uel ipsum, uel alium quenquã diceremus, id quod nos sentire. Isthuc autẽ nemo nostrum fecit, sed congesserunt tantum quidam optima fide, ea quæ ipse, alijq; aliquando de uera CHRISTI mãducatione, quã solam nos agnoscimus, eã, quæ fide fit & spũ, scripserũt, iudiciũq; lectori obtulerũt, ostenso, ut haudquaquã olim magni corpora lẽ istos mãducationẽ, pro qua mõ tantis aïs digladiatiõe, habuisse, ex ipsorũ uerbis, uideri queãt. Postremo nobis nõnihil est, adductis quæ pro ueritate aduersarij scripserunt, ostendisse, ut illa inuitis quãdoq; erumpat. Cum itaq; nulli nostrũ in animo unquã fuerit, quenquã, cuius dicta ad nostræ caussæ confirmationẽ adduximus, ledere, nedum Erasmũ, per quẽ tam multa nobis bona Deus contulit. Deinde nemo nostrũ quicquã, uel ipsius, uel aliorũ inuerterit, sed sua ipsorum uerba bona fide adnu-

fide adnũcrauimus, neq; quod tamẽ Paul. sibi permisit, de titulo ignotorũ deorum, quicquã ad nostrum cõmodum detorsimus. Postremo quicquid huius factum est CHRISTI studio factum sit, uidetur nobis Erasmo uiro prudenti, & humano, haud fuisse causſam, cur isthuc accusaret tam atrociter, adeoq; indignum Euangelion profeßis, aduersumq; amicitiæ legib. ostendere conaretur.

Sed erit forsan operæpreciũ, quæ noïatim adducit, tanquã haud satis detestandæ maliciæ facinora, singula qualia sint, paucis expõere. Habuit annis aliquot admodũ familiariter Chunra Deusfendidũ Pelicanũ, uirũ præter raram eruditionẽ sane tur Pelica innocentẽ, et ueri perquam amantẽ, is ut credidit nus. Erasmo solã agnosci CHRISTI manducationem, quæ fit spiritu per fidẽ, nam quædã eius scripta hanc, si non solã, certe præcipuã cõmendant, ita id de illo non sparsit, nouũ excitando rumorẽ, sed ut semper cum occasio esſet de Erasmi & doctrina, ac uarijs in rebus saniore sententia loquí solitus erat, amicis simpliciter dixit. Qua de re, ut cũ ipso Erasmus expostulasſet, quasi inuulgasſet se credere in Eucharistia nihil nisi panẽ et uinũ haberi, respondit, id sibi nunquã in mentẽ uenisſe, nedum à se uerbis sparsum. Epistolas quibus laudarit illius prudentiã, subindicãs lectori, dißimulare eum callide, quid sentiret, nos quidem

nullas uidimus. Duæ quæ extant ab illo editæ nihil aliud habent, quàm quæ de hac re Eraſmus alicubi ſcripſit, ſpiritualem CHRISTI præſentiam pie affirmare, ut uero carnalem ſimul aſtrueret, illum non effluxiſſe inſipienter. De Epiſtola ad Magiſtratum Baſilien. in qua uoluerit ille armatis ab Eraſmo precibus extorqueri, quid ſentiret, nihil unquã audiuimus, quod etiã ſi feciſſet, quid quæſo indignum adeo Euangelio admiſiſſet? Neq; enim impium petiſſet à Theologo in negocio religionis noſtræ ſententiam rogari à Magiſtratu Chriſtiano. Armatas ſiquidem preces, ſi modo ita ſcripſit, ſatis ſcimus illum longe alias, quàm uiolentas intellexiſſe. Nam eſt lenitatis exi

Quòd uero Leopoldi librum, huius (miæ. editum inſtinctu poſtea ſcribit, probe fecit, qui adiecerit hoc, ni fallor. Nam inſcio hoc, eum librum Leo Iud Eccleſiaſtes Tigurinus gloriæ CHRISTI ſtudioſiſsimus, nomine nonnihil mutato, ſed tamẽ ſuo, aïo nihil aliud, quàm ueritatis promotionem ſpectante ædiderat. Neq; agit is libellus ut probet Eraſmum & Lutherum ſentire de Euchariſtia, quod Caroloſtadius (cuius uocat libros inſulſiſsimos, quos miror ſi legerit) ſed oſtendit hos, dum contentione non dum calerent, ſic ſcripſiſſe, ut in ſpũali CHRISTI & præſentia & manducatione omnia poſuiße uideantur. Quàm

tur. Quàm autem graue hoc sit, tribuere nostris id consilij, quasi uictoriam sibi eo libello in disputatione Badensi quæsierint, sperantes ante legendum ab omnibus, quam Erasmus responderet, ipse uiderit. Etsi nõ magno rerum usu calleamus, adeo tamẽ non stupemus, ut istis nugis posse effici aliquid in re tanta & aduersus Erasmũ arbitremur, nec ulla in re huiuscemodi suspitionis de nobis concipiendæ, causam dedimus, quasi tam euanidos uulgi rumusculos moremur. Verbo Dei nitimur, faceſſat omne mendacium. Quod autẽ in hoc libello Leo noster, uel Erasmi, uel aliorum, benedicta, nihil ipsorum uerbis deprauatis in gloriam Dei, cuius sunt ædidit, quid quæso impiæ technæ, quid fraudis? Certe qui sua scripta publico donauerit, non debet indignari si quis illis, etiam pro suo cõmodo, nedum negocij Christi, fuerit usus, modo incorruptis. Fruſtra itaq; laborat hic disertus esse Erasmus, ut ostendat quàm impium sit hoc factum iuxta et stultum. Nec tam nullum tempus Erasmo superfuit & resciendi de hoc libello, & eum etiam ædita apologia confutandi, ut quicquam eiusmodi, quod affingit, polliceri nobis potuisſemus. Vt uero hic obiter et hoc dicam pro fama innocentis fratris. Carolstadius dogma suum de Eucharistia nunquam recantauit, Huius idoneus testis est, ille ipse liber in quo

dicitur palinodiam hanc cecinisse. Assueranda & conuitiandi uehemẽtiam displicuisse sibi fassus est, & hodie extra Lutheri potestatẽ constitutus intempestiua conuitia in suis libris damnat.

Iam illud Ecclesiastæ alterius factum de quo scribit se audisse, quod inuerso nomine librum ediderit, tum conuenit damnare, cum constiterit illum ledendi quenquam caussa, nomen suum uertisse. Nam & Cæsareæ leges mutare nomen concedũt modo id fiat citra ullius fraudem. Nemo igitur iure hoc uitio uertet, nisi qui librũ esse malum probare poterit. Non dubitamus plurimos cum hãc diram adeo huius rei exagitationem legunt, si nihil aliud, saltem mirari qui nõ uenerit in mentem Erasmo, hactenus tam multis eruditis, & minime malis uiris, uera suppresso, aut uerso noïe euulgasse, etiam serijs in rebus, haud quaquã crimini datũ à bonis. Taceo hic qd Abraham, quid Isaac, quid Dauid tuendæ uitæ tantum causa, qua ueritatis cognitio Christianis longe pluris habetur, simularint, & dissimularint, quo ueritatem malos celarent. Sed bene nobiscum agitur, quorum hæc sunt peccata, tantopere exaggeranda. Pius dolus est, qui nocet nemini, prodest multis.

Iamtandem & Nouiomagi factum purgandum. Scripsit hic primum Epistolam suo quidem,

dem, sed non uulgato nomine, in qua hortatur principes, ut uerbi DEI, ueræq; religionis rationem iustam habeant. Deinde occasione Cometæ, qui uisus erat à multis, etiam à Comite Rheni, monuit eiusdem & Cæsarem Carolum. Erasmus uocat cometem hunc ridiculum, & scripta hæc, iocos, at bono huic uiro cum hæc scriberet, haud quaquã in animo fuit iocari. Seria portendũt istiusmodi ostenta. Seriũ est quod monuit, ne uerbi dei religionisq; uerioris neglectu, effusioneq; sanguinis Christo credentium, ira Dei prouocaretur. De fragmento epistolæ Erasmi, quasi iusta epistola esset, ad concilium Spirense, adiectisq; ab ipso simpliciter seditiosis, falsum Erasmo delatũ ille deierat. Epistolas illas ad principes aliquot, quibus typographus, non Nouiomagus, quædam ex apologia, cõtra monachos hispanienses adiunxit, neq; ea truncatim decerpta, sed iustis capitibus inserta, ita ut ab ipso autore distincta sunt, Nouiomagus agnoscit, sed negat illas magis ad excitandas seditiones, quã ad pietatẽ conducere. Idẽ negabũt qui illas, aĩo à cruce christi non abhorrente legerint. Neq; enim hæreticos in illis, sed qui ꝙ Euangelio uiuere student, ab hostibus christi hæreseos falso accusantur, defendere propositũ fuit. Ad hoc illi uisum est cõducere, si ostenderet nullo iure puniri, quicũq; hæreseos

Defẽd: Nouiomagus.

notarentur. Simul tamen ingenue confessus est, qui planè hæretici sunt, & ecclesiam Christi scindunt, uerumq; Dei cultũ inuertunt, merito à pijs principib. tolli, ut nec tantillũ inter Erasmi, quã hac etiam epistola prodidit, & huius sententiam uariet. Quare iniquum est, huic impingere quibuslibet hæreticis, ipsum hæreticum, & hæreticorum patronũ, impunitatem dandam esse persuadere uoluisse. Vera nos hic scribere, testantur illæ ipsæ Nouiomagi epistolæ, qs Eras. accusat. Hæc cum ita habeant, & illud liquet, Eras. nulla caussa quæri, amicitiæ ius, hisce scriptis uiolatũ, aut in caput suum quenquàm prouocatum. Quin si etiam ab ipso Nouiomago, bona fide adducta fuissent, quæ Erasmus pie de hæreticorum pœnis, uulgatis in publicum libris scripsit, quid obsecro periculi ei asciuisset? Quantum est Leorum, Stunicarum, & Hispanieusium monachorum, qui pridem animo, sicut testandi sui, quo flagrant pro ecclesia catholica zeli, ita perdendi Erasmum, quæcunq; in eius libris istiusmodi sunt, ut uideri possit nobis faucre, excerpere, ijsq; deferre, student, a quib. indubitatũ illi malũ impetrare sperant, nihilominus sua tamen se tutum hactenus defensione reddidit. Quid igitur metuat, si excerpãt nostri, sed anĩo, sicut nequaquã ipsum lædendi, ita ad ostendendos fucos uimq; antichristianam

ſtianam eorum, qui cum ſe Eccleſiæ catholicæ defenſores iactant, nihil aliud ſunt quàm eius uaſtatores. Quid quæſo periculi non depellat, uel ſolo hoc quo nõ ita raro utitur, inimici ſunt, ulciſci id uolunt, quod nolo factioni eorum dare nomen, ſcriptisq; eam inſector. Scimus nos eo loco eſſe apud Pontifices, & eorum defenſores, ut contra nos nullo negocio, quiduis impetretur. Quare nulla cauſſa erat, de periculo in quod eum iſta inducant, tantopere quiritari. Nec ut huius facinoris tot enumerarem cauſſas, quarum nulla locum habere poßit apud Nouiomagum, primum ætate grauiorem, quàm ut tanta in re liberet ludere, deinde lucri alium contemptorem (quantulumcunq; illud ſit, quòd pro derelicto habere ſtatuit etſi plus minus centum aurei frugali & mediocritatis amanti homini nõ nihil ſint) quàm ut tantuli cauſſa lucelli quicquã ageret ſe indignũ. Poſtremo ſynceriorem, quàm ut in cuiusquam gratiam faceret, quod ſciret parum iri probatum CHRISTO. Haud poſſumus perſuaderi hæc tam leuicula, tantæ in hunc, & nos omnes, qui nulla unquam in re ERASMVM læſimus, iræ, quantam hæc ſpirat Epiſtola, cauſſam dediſſe, uiro præſertim Theologo, nec uulgari

Rogat Eraſmus inter (prudẽtia prædito-
hæc, an Cæſar parũ nobis indignetur, niſi talibus

Monarchas monere, nõ irritare cupiunt.

ludibrijs magis etiam exasperetur, et an nobis talium monarcharum potestas uidcatur contemnẽda. Nos optamus fauere nobis, omnes mortales, non solum principes & monarchas, quos deorũ loco adoramus, nulli contemnimus, scientes nostrum esse, deferre timorem, cui ille debetur, honorem cui is competit. At simul nequaquam uel ludibria, quæ pios principes exasperent, uel fomenta, quibus ad indignam sæuitiam inflamentur, censenda putamus, eos monere sui officij, præsertim ex indubitatis iræ diuinæ ostentis. modo id cum decoro Christi fiat. Nempe ut sicut Cæsari quod suum, ita & Deo, quæ ipsius sunt, tribuantur. Agricolarum exemplum nulla quam à nobis sumpserit, causa, nobis obijcit, cum à rebus nouandis, ita abhorreamus, ut nemo magis, ut qui uitijs, non hominibus bellũ indicendũ, percutienti alapam in sinistram, & dexteram obuertendã, auferenti tunicam, concedendũ & pallium, exigẽti iter milliaris unius, exhibendũ iter duorum, utq; uerbo dicam, præter unum Christũ cedenda omnibus omnia, cottidie ut docemus, ita & meditemur. A Deo suam potestatẽ Monarchæ habent, huius ergo leges nobis nõ eripiant, & iuxta illas, quo nihil potest excogitari melius, uiuere permittant, & nihil oĩo imperabunt, quod, si modo præstari queat, non summa alacritate eucastigio

Rom. 13.

Agricolarum exemplũ inique obiectu.

ſtiglo effectum, daturi ſimus. Nollent iſti, ſibi cuiuſq; hominis gratia negari, quod ipſis debetur, non exigant igitur & à nobis, quod poſcit is qui nos & ipſos finxit, in quo utriq; uiuimus mouemur & ſumus, quos denique haud aliter nobis præfecit, quã ut iuxta ipſius nos placita gubernent. Horũ dum eos moncmus, nihil meditamur ſeditionis, tamq; non cogitamus illos irritare, quã cõfidimus deum quoq; ab ipſis agnoſci, ſeq; illius figmenta credere. Offendicula morte magis cauere uolumus, ſed ſic ne ipſi inpingamus in ſaxum offendiculi CHRISTVM. Sunt quidam cæci & cæcorum duces, quos niſi plane Chriſtum neges, non poßis non offendere, hi mittendi ſunt, ſatisq; fuerit, neminem ijs offendiſſe, quæ citra Dei offenſam poſſunt omitti, nam quæ ille poſcit, etiã ſi rumpatur mundus, & millies moriendum ſit, præſtare oportet, Iã inter hæc præcipuũ eſt, libera ueritatis in loco confeßio, errantiumq; in tempore monitio. In quo tam abeſt, ut opera laudatur, ſi qui potentiores, inde euaſerint ueritati infenſiores, ut plerunq; Deus nulla alia cauſa, ſuam illis ueritatem prædicari uelit. Id quod in Pharaone, in Iudæorũ principibus Chriſtũ perſequentibus, & cottidie in nimiũ multis, uerũ apparet. Neq; enim abs re eſt, q, CHRISTVS & Apoſtoli illud, quod Ieſaiæ ſexto dixiſſe Prophetæ dominũ legimus, citarũt tam frequentes.

Incrassa cor populi huius, &c. Hæc respondere libuit, ad eam accusationis Erasmicæ partẽ, quæ tragice adeo, malas artes, & eas rursus tam stultas, ut artes dici non possint, obijcit, Indeq; uiolatæ amicitiæ, perperam gesti negocij, quod Euangelicum esse iactamus, perfidiæ in adducẽdis pro nobis aliorum scriptis, temere prouocatæ posteritatis, & nescio quorum malorum reos nos peragere conatur. Quibus hisce in rebus iudiciũ est, facile uidebunt, quàm noluerimus, nos purgare diligenter, nedũ accusare alios. Iudicẽt, quicunq; iudicem agnoscunt CHRISTVM.

Alterum accusationis Erasmicæ caput est, nos non diuersum modo, sed plane pugnans cum instituto Apostolorum negotium gerere, ac quippe qui in eo simus, ut abolitis quæ Ecclesia à mille trecentis annis recte tenet, substituamus simpliciter mala & pernitiosa. Vt autem antea testati sumus, præter uerum nobis tribui, iactare, Euangelicam nos ueritatem, plus mille annis sepultam, reuocare in lucem, ita & falso impingitur quòd cõuellere, quæ Ecclesiæ proceres magno consensu, tot seculis ut oracula Dei docuerunt, coluerunt, tenuerunt, hodieq; tenent, conemur. Euangelica ueritas est, ab uno CHRISTO, iusticiam & salutem petere, et proximo pro uiribus benefacere. Hæc suos omnibus seculis discipulos habuit, quan-

buit, quanquã alio plures, alio pauciores, nouissimis aliquot paucissimos. Nam de nostro Erasmus ipse scripsit. Non arbitror à CHRISTO nato seculum hoc fuisse malicioſius. Quo minus oportet uos pœnitere instituti uestri, me mea fata in has procellas abripuerũt. Nec tacere mihi licet, nec digna CHRISTO loqui. CHRISTVS clamat: Confidite, ego uici mũdum. Mundus uidetur breui clamaturus: Ego uici Christum, adeo pro dotibus Euangelicis palam regnat ambitio, uoluptas, auaritia, audacia, uanitas, impudentia, liuor, malicia: etiam inter hos qui se lucem ac ſalem huius mundi profitentur. Et alibi. Pontificis autoritatem propemodũ anteponebant Christo, ceremonijs metiebantur totam pietatem, Confeſsionẽ in immẽſum arctabãt, monachi regnabãt impune, iam manifeſtũ phariſaiſmũ meditantes. Qui iã quæſo Eccleſiæ proceres, magno cõſenſu, ut oracula Dei unquã receperunt, quenquã Christo propemodũ anteponendũ, pietatem metiendã ceremonijs, ijsdemq; contra Dei uerbũ inuectis, & ad quæſtũ proſtitutis, interceſsionibus & meritis diuorũ, ſcelerum à quibus tamẽ non reſilias ipunitatẽ ſperandã, idolis numen quoddã tribuendũ, ligna & lapides præ uiuis Chriſti mẽbris, cõlẽda, Miſsis tã impudẽter nundinandũ, & id genus ſexcenta alia? At nos hæc ſola & quæcũq; aperto

Eraſ. de noſtro ſeculo

Dei uerbo aduersantur, conuulsa uolumus, nihil quod nõ proceres, sed quiq; Chrĩ minimi, unquã, ut oraculũ Dei, recte docuerunt, coluerũt, tenuerunt. Euangelicã quoq; ueritatẽ non sepultã, sed non ita ut par erat, popularẽ, & publicã, cõmendare quãplurimis gratiosamq; reddere, laboramus. Quod negociũ, ut idem est cũ Apostolico, ita multo est, quã erat Iudaicos abrogare ritus, facilius, siquidem utrũq; in se consyderes. Nam Aplis tanta ui spũs præditis, qd fuisset persuadere difficile, ijs quos intus simul docebat Chrũs? Ritus enĩ Iudaici. uiuo Dei uerbo, tamq; multis in locis expresso, nitebãtur, cũ superstitiones, qbus cũ nobis bellũ est, cũ illo pugnẽt ex diametro. Adhæc quãtulo minus et gentiũ ceremonijs absurde sunt? Volebãt illi utiq; placare Deũ, oĩm opificẽ, et gubernatorẽ, dũ statuas, et tẽpla, ubi thure illũ, hostijs & alijs similibus obseruatiũculis colerẽt, numinibus eius consecrarẽt. Quid uero istuc dißimile ab ijs, quæ nrĩs pro sũma religione hactenus fuerũt? Et nos sane Dei potentiã in innũeros angelos, & diuos partiti sumus, tẽpla singulis, statuas, aras, suasq; ceremõias cuiq; dicauĩus, propria singulis munia aßignauimus, nec fere ab illis alia, quàm à dijs ethnici, orauimus, minime oĩm innocentiam, nec defuerunt deniq; nobis inter hos nrĩ ueiones, non simulacra peculiari religione augusta, non

Aeque ridicula Chrĩa ani sectati sunt atque ethnici.

quæ res

quæ responsa darent, quæ ederent miracula, ut uno uerbo dicã, nihil quod unquã gentibus satan suggesſit, apud nos suo modo desyderatũ est. Hæc riserunt quidẽ olim paulo cordatiores, sed qui simul agnouerãt, Deũ, cum mens sit, mẽte pura uel le coli, cumq; ipsa iusticia, ueritas, bonitas, nihil posse ei sine his probari, quib. nimirũ illud Persia nũ persuasum erat. Quin damus id superis de magna quod dare lance. Nõ poßit magni Messale lippa propago, Compositũ ius, fasq; animi, sctõsq; recessus Mentis, & incoctum generoso pectus honesto. Hoc cedo ut admoueant templis, & farre litabo. Nam quibus isthuc datum non fuit, ij siue ex anio, siue populi causſa, defendere etiã quàm libet absurdas gentium ceremonias, conati sunt, præq; illis uideri uoluerunt, religionem CHRISTI, esse non modo absurdam superstitionem, sed maleficã etiam & exitiabilem. Id quod Tranquillus & Tacitus in scriptis suis testati sunt. Volo enim furorem tacere Iuliani. Vtinam uero nulli quoq; literatorum fuerint, ac etiam hodie sint, qui tam crasis nostrorum imposturis, & nimis quàm ridiculis ceremonijs plerisque, offensi, de nostra religione idem censeant, tantum continendi in officio uulgi causſa, eam inuectam esse & seruari. Vnde uehementer mirandũ, quid Erasmo acciderit, cum hic subijcit. At in his quæ uos

conuellitis, quid obsecro uel absurdũ, uel ridiculum? Nihil ne absurdi habet, etsi nihil plane habet ridiculi, ijs præsertim, quos urit contumelia Christi, Bonifacios, Clementes, Alexandros, Iulios, & id genus Pontifices, Cardinales, Epõs, ac reliquã huius regni cohortẽ, potestatẽ sibi uendicare reserandi hoĩbus cœli, quibus totus animus, curæ oẽs in negocijs uersantur Plutonijs, sumere facultatẽ soluendi alios peccatis, qbus nihil aliud in omni uita queritur, quã ut infinitis ipsi flagitiorũ seſe laqueis ĩplicent, Vicarios se iactare Christi, qui tanto studio negociũ gerunt Satanæ? Si nõ absurdũ, certe ĩsanũ est, gloriari cottidie se Christum uersare in manibus, & edere cibum uitæ, ut æternæ, ita prorsus diuinæ, oĩbusq; uirtutũ ornamẽtis decoratæ, & in oĩbus dictis & factis ipsissimam mortẽ, nempe uitã flagitijs omne genus conspurcatam, deturpatamq; referre. Sed quid opus uerbis? Erasmus ipse & ĩ hac Epistola queritur, eo degenerasse usum in sacris cantionibus, ut in multis tẽplis ferè nihil audiatur, præter immanẽ boatũ, aut ineptũ uocum garritũ, qui citius inuitet ad lasciuiã, quàm ad pietatis affectũ. An non est hoc absurdum, & nisi tantũ in se Dei contemptum haberet, etiã ridiculum summe? Iam de Imaginibus uerba faciẽs ait. Nunc Imaginum usus eò processit, ut non solum modum excesserit, uerum etiam à

Absurda quæconcullunt.

etiam à decoro receſſerit. Quid iam dicemus abſurdum, ſi hoc non eſt? Verum parcendũ uerbis, Quis enim non agnoſcat, cõmoti animi hyperbolen? Ipſe teſtatur nos ſtrenue clamare in luxũ ſacerdotum, in ambitionẽ Epiſcoporum, in tyrannidem Pontificis, in garrulitatem ſophiſtarũ. Ergo eſt uel aliquid in his quæ cõuellimus abſurdũ &

Porrò probaturus certius, diuerſum nos, eoq; & difficilius, quàm fuerit Apoſtolorũ, negociũ adminiſtrare, ſcribit præterea multis prophetarũ oraculis prædictũ eſſe, gentes relicto dæmonũ, atq; idolorũ cultu, uerũ Deum agnituras, & Iudaicas ceremonias ad coruſcantem Euangelij lucem, uelut umbram euanituras, nullum autẽ prophetarum prædixiſſe futurum, ut totus orbis ignoraret Chriſtum, pro Deo coleret idola, ſucceſſores Apoſtolorũ nihil uiderent in ſacris literis, deinde poſt mille trecentos annos à neſcio quib. nouis Euãgeliſtis, ad ueritatis cognitionẽ reuocaretur. Quàm ſunt aũt multa ĩ his, ne quid aliud dicã dicta nõ Theologicωs. Nos ergo dicimus orbẽ mille trecentis annis ignoraſſe Chriſtũ, ab Apoſtolis prædicatũ, et pro deo coluiſſe idola? Olim grauiora loquebãtur Chriſtiani. Deus ueritas eſt. Deinde in Apoſtolorũ uicem ſucceſſerũt nobis, qui poſt illos ad prædicandum Euãgelion uocati ſunt diuinitus, & hos ne-

garemus uidere aliquid in arcanis literis? hoc est, tenebras esse lucē mundi? Porrò si uere ipse Erasmus scripsit, Mundus uidetur breui clamaturus: Ego uici Christum, adeo pro dotibus Euāgelicis palā regnat ambitio, &c. quæ superius adducta sunt, si iure pasim uitā & doctrinā Ecclesiæ plurimū degenerasse, cum oībus bonis queritur, non poterit ire inficias, Christum ab Apostolis prædicatū, multis haud probe cognosci. Cūq; ipse in tot scripturæ locis à uetustiß. etiā patribus dissentit, perraro cū recentioribus facit, mirū, si non multa in arcanis literis, ij quoq;, qui in uicē Apostolorum successisse crediti sunt, haud uiderunt. Nam nihil uidisse, Erasmi dictum est non nostrum, nolo dicere τὰ σὺκα σῦκα. At uero si multo grauißimæ à synceriori Christianismo defectionis, eorum quoq; qui titulum huius cum primis sibi uendicant, uaticinium quis requirat, legat quæ de hac uaticinatus est primum CHRISTVS ipse, Matthæi capite uigesimoquarto, & alibi. Deinde & Paulus in posteriore ad Thessalonicensis capite secundo. In priore ad Timotheum, capite, quarto. in posteriore tertio. In Actis uigesimo. Diuus Petrus in posteriore capite secundo. Iohannes in Epistola sua secundo, et quarto. Neq; nos alia tolli uolumus, quàm quæ his oraculis mala prædictum est Ecclesiam inuasura, quæ

Vbi prædictum de ijs Ecclīæ malis, quæ insectantur Euangelij studiosi.

ſura, quæq; ſubmouenda rurſum in eo Paulus uaticinatus eſt, cum prædixit à CHRISTI ſpiritu Antichriſtum conficiendũ. Certe multo apertiora extant de iſta Eccleſiæ CHRISTI, cui nos ſuccurſum cupimus, calamitate uaticinia, quàm de eo, quòd Iudæorum ceremoniæ reuelato CHRISTI regno fuerint abolendæ.

Poſthæc obijcit nos non ſolũ inter nos diſſentire, ſed eosdem ſubinde nouare ritus pariter & dogmata, idq; nullis adiutos miraculis, cum Apoſtolorum prædicationi fidem aſtruxerit perpetuus dogmatum conſenſus & miracula. Superius diximus in certũ duntaxat tempus Eccleſiæ ſuæ Chriſtum facultatẽ dediſſe miraculorũ, quæ cum nullo iure à ſua Eccĩa requiri D. Chryſoſtomus iudicarit, poterimus & nos doctrinã, uitamq; ſine illis, bonis duntaxat approbare. Conſenſum in omnibus, & eum perpetuum pari æquitate à nobis requirit. Vt enim non in oĩbus cõuenerit Eccleſijs Apoſtolicis, abunde teſtantur, caput. 10. in Actis. 15. et uigeſimumprimũ. Nulli alioqui cum Petro fratres expoſtulaſſent, q Cornelio Chriſti docendi cauſſa, cõicaſſet, nec poſtulaſſet Iacobus Paulũ eadem cã expiari. Sed nec definijſſet Eccĩa Hieroſolymitana cũ Aplis et ſeniorib. iter neceſſaria habendã abſtinentiã ſuffocati & ſanguinis. Nulla deniq; cã fuiſſet Paulo tantopere libertas

Quis conſenſus requirendus à chriſtianis

tem CHRISTI, scribenti ad Galatas, & alias Ecclesias, defendere. De plerisq; nec nobis qui hodie Euangelion CHRISTI amplexi sumus, cõuenit, sed de ijs in quib. salus sita non est. Fide in CHRIstum iustificari nos saluariq;, nec nisi ex dilectione uiuẽtes, posse Deo probari, in qua summa cõtinetur, quicquid uspiam Diuinæ literæ tradũt, unanimiter docemus. Sed proferat Erasmus uel unũ par ex omnibus sanctis scriptoribus, quorum non multis de rebus iudicium uariet? Quid? pugnant tamen inter se & sacrosancta concilia. Quid non est Alexandrinum machinatum contra Calcedonense, Antiochenũ aduersus Ephesinum? Sed alterum forsan concilium fuisse neges, quid dices igitur, quod cum magnum illud Nicenum, persuasum Paphnutij oratione, indignũ se duxerit cælibatum exigere à sacerdotibus, & Gangrense anathema fecerit, si quis aris arceret sacerdotẽ habẽtem uxorẽ, sexta synodus & alia diuersum definierint? Pontifices rescidisse, quæ eorum antecessores statuerunt, ipsorum decreta tantur apertius, quã ut opus sit moneri. De Academijs & Theologis scholasticis quid attinet dicere? Nam qui non potuisset aliqua cum ratione dissentire ab alijs. nouareq; dogmata, is habitus est indoctior. Quæ iam ista æquitas, aduersarijs nostris nulla in re, quàm in nostri insectatione

conuenire

conuenire, & à nobis consensum postulare in omnibus quem non modo nulli sancti, sed ne Apostoli quidem præstiterunt? Dum enim et carnis huius spiritus nobis adest, fit ut haud raro huius placita uideantur, dictata spiritus sancti. Hinc uti nemo omniũ sanctorũ, non multis in locis hallucinatus est, ita nemo ullius scripta, solis exceptis, quæ uocamus canònica, absq; iudicio legit. Paris humanitatis est, q̃ nouare dogmata dicimur, propterea q̃ nunc quædã docemus, quæ initio tacuimus. Licuit D. Augustino iusto libro retractare quæ scripserat, qd flagitij sit, et nos proficere? Apostolos laudat Erasmus, q̃ consulto initio Euangelij quædam suppressérint, etiam diuinitatem Christi, (quod nos tamen non agnoscimus, propterea q̃ illi Christo ubiq; seruandi in se credentes facultatẽ, etiam primis illis concionibus tribuerunt,) curiã non interpretatur potius, hac nos à se tãtopere laudata usos prudẽtia, quàm ideo nouasse dogmata, q̃ alieni simus à ueritate? Simile est, quod in hac ipsa Epistola laudat ecclesiam ritus nouasse, nobis uero id crimini dat, cum nos tamen ad Euangelij p:ritatem nouando magis magisq; accesserimus, sui autem longius semper ab ea recesserint. Mirandum autem peculiariter de uiro tam prudenti, cũ paulo post culpet nos, qui subito eccleſiã ad sua primordia

Vnde errent boni.

conemur reuocare, hic taxare, q; repurgando ritus ecclesiasticos, aliquid distulerimus, nonnihil populi ruditati concedentes. Initio omnis nostræ nouationis docuimus fide in CHRISTVM omnem obtineri iustitiam, & hanc declarari officiis erga proximum. In eo hactenus perstamus. Vt autem initio non uidimus, quæ huic christianismi summe pugnant omnia, ita nec uerbis statim singula taxauimus, nec reipsa submouimus, sed ita ut quodq; quũ nobis, tum plebi, aduersari gloriæ Christi agnosci cœpit. Istuc commune nobis est, ut cum Apostolis, ita sanctis omnibus, iure igitur nos huius caussa tractarent paulo mitius qui christi candorem à se alienũ non ducunt.

Quid profecerint, moribus philoeuangelici.

Dehinc mores exigit undiquaq; puros & inculpatos, nec intelligit hos, ieiunia, uestes & similes ritus, quos simulent & hypocritæ, sed in afflictionibus alacritatem, in perferendis iniuriis lenitatem, animũ simplicem, nulli malũ cogitantẽ, & de oĩbus bene mereri studentem, oĩbus humanis rebus superiorem, et uitæ contemptorẽ. Si hic Erasmus id uolet iuris cõcedere nobis, quod uendicat ecclesiæ in uniuersum, hoc certe obtinebimus, & si non parem apostolis, proximã tamen, & longe maiorem quã oĩbus aduersariis nostris, fidem nobis merito homines habeant. Nam in hac ipsa epistola quod & superius adduxi, scripsit, nunquã tam feliciter actũ est cũ ecclesia quin ins

ter paucos bonos, multos, pertulerit malos. Ne igitur reqrat à nobis, ut quotquot facere nobiscũ se profitentur, sartos tectos præstemus, et dabimus sanè nõ paucos, q mirificã in afflictionibus alacritatem exhibeant, luculentiß. patrimoniis, præpinguibus sacerdotiis, in extremam paupertatem deiecti, patria extorres, à familiaribus deserti, labore manuũ et eo ut humiliore, ita durio re uictum queritantes. Quot insignes uiri, & in omni uita sua per quam delicate habiti, toto hoc quadriennio operas suas nostræ R. publicæ collocarũt in faciendis foßis, egerẽdo puluere? Quot ex his artes didicerũt manuarias summa iã frugalitate uiuentes, quibus si apud suos ueritatem saltẽ dißimulare, & nundinarias illas missas, uel audire uel facere sustinuissent, nihil oĩo defuisset lauticiarũ, nihil opũ, nihil dignitatis. Ita quam multos possumus tibi ostendere, qui cum ante hoc euangelion receptũ, dedecus arbitrati fuissent, cuiquã iniuriã remittere, qui iam in nostro Euangelio sic Christi exemplum cognouerunt, & æmulandum proposuerunt, ut nulla omnino ad uindicandam iniuriam queant extimulari. Tulerunt iamdiu & principes & Res publicæ, ut de priuatis sileam, cas à Pseudoecclesiasticis iniurias, contumelias, calumnias, & ab iis quos in sua habent potestate, quas ante hac à nullo principum per tulissent. Quis enim nesciat

Vt sint tollerãtes iniuriarũ philoeuan:

pluſquam Vipereas horum linguas, quis ignorat ſtudia & artes? Certe ſi animi reſpõdent uerbis, factisq;, optant cũ ſua etiam pernitie, nos excindi. Iam quãta in nos immanitate ſeuierũt, quamq; tunque fuderunt ſanguinis trucidatis ex noſtri Euangelij ſectatoribus, tam multis, tamq; innocuis hominibus ij, quos illi dementarunt, ut ipſos potius quàm CHRISTVM audiant? At à noſtris quis aduerſariorum ulla in re læſus eſt? Quod enim alicubi à ſacrificis exactũ eſt, ut R. publice cõmodis fauerẽt, legibus quib. alij ciues uiuerent, quid quæſo iniqui? Cum id ius naturæ & gentium poſcat, ut cum quibus quis uiuat, quorumq; beneficijs utatur, uicißim bene uelit, communiaq; onera ferat, niſi quem ſingularia in R. publicam merita, immunem faciant. Quot præclaros Chriſti cõfeſſores nos habemus, quibus tuto uel ad uicina nobis loca ire non liceat, cum nemo omnium ſit etiam eorum qui in noſtram religionem hoſtilißima deſignant, qui non tuto apud nos uerſetur, ſuaq; ſæpe commodius, quàm apud ſuæ farinæ homines, negocia conficiat. Iam da principes, qui mitius imperitent ſuis, qui clementius nuperam illam ſeditionem agricolarum ulti ſint, & quamlibet ipſis irrogatam iniuriam. Defenſores eccleſiæ aduerſariæ, innocuos multarunt cum nocentibus, noſtri etiam nocentibus pepercerũt,

percerunt, satis habentes pœnas sumpsisse de authoribus, quas & ipsas tamẽ mitiores & fere citra sanguinẽ sumpserũt, nulla alia caussa, quàm quòd putarũt cũ in ipsos præcipue peccatũ esset oportere animaduersionẽ esse clementiorẽ, Princeps ille in Cattis, rarissimum seculi huius ornamentum, & si quis unquam principis pij, prudentis, & fortis titulo digniß. ultro cum libertate Euangelii, omnium de quibus iure quisquam queri posset remissionem suis prouincialibus obtulerat, atq; ut quererẽtur si quid haberent, missis legatis suis ad singula oppida singulos uicos, singulos pagos inuitauerat, idq; antea quã ullus in Germania motus fuisset exortus, nihilominus cũ aliquot nouandarum rerum studiosi seditionem, exemplo, uel etiã solicitatione uicinorum excitati, mouere conati fuissent, carcere tantum et exilio tam imane scelus nõ ob aliã caussam puniit, quã quòd uideretur peculiariter in ipsum cõmissum. Quæ alia inusitatæ lenitatis in perferendis iniuriis haud uulgaribus hic heros documenta dederit, atq; hodie dare soleat, non est huius loci referre. Porro cui dubiũ, si uel Basileæ anno superiore, uel postea in agro Tigurino eæ uires Euangelii nostri aduersariis fuissent, quæ erant nostris, haud quaquam illic tantum in sensus expertes statuas, isthic in cerasa, ut Erasmus illud ad

Rariß. clemẽtia principis Hessorum.

episcopum Ploccnsem, istuc ad Pyrrhemērum scripsit, sæuitum esset. De nostra R. publica, quia domestici testes sumus, tacere præstat, quam nemo tamen qui nouit non agnoscit se ipsam tolerantia malorum, & facilitate longe superasse. Vt uero de professoribus doctrinæ, cui nomē dedimus, aliquid dicamus, ijs inquam qui abuno Christo salutem nullis intercedentibus illis opusculis, quæ tanti uendunt uulgo sacrifici & monachi, petendam nobiscum docent, si non uel aliquanta istis esset in perferendis iniurijs lenitas, qui deuorassent tam diu, quibus illos, uel unus Erasmus falsis adeo, sed diris et ĩportunis criminibus per totã epistolas, impetijt ac ita in capita eorũ nõ monarchas solum, sed quicquid uspiam est bonorum uirorum prouocauit. In quo sanè & simplicitatis atq; mansuetudinis haud triuialis de se specimen præbuerunt, quod nec in hac nostra defensione quisquam ut nostra fert opinio, desyderabit, maxime si eam ERASMI in nos scriptis contulerit.

Beneficentia philoxenange.

Animum de omnibus bene mereri studentem, probat tanta pauperum & peregrinorum, qui diuersam etiam religionem sectantur, cura apud nostras ecclesias, quantam certe apud suas Erasmus haud quaquam ostendet. Non dicimus tamē nostros omnes Christianæ integritatis numeros implesse

impleuisse, etsi à multis haud plura quã ipsi præstant, iure requirere posimus. Id nonnulli hic, ista hyeme in pauperes, quos exteros nostra R. P. ex Gallis & germanis, supra sesquimille collegerat, de uita in horum ministerio periclitati, abunde testati sunt.

Animum deniq; omnibus humanis rebus superiorem & nitæ contemptorem egregie demonstrãt, ij, qui præter exilia & uincula, necẽ quoq; animose propter Christum perferunt, malentes fidem Christi confessi, ferro, laqueo, aqua, igni, & nullo non tormentorum genere uitam præsentem ponere, quã eam producere cunctis opibus & delitijs affluentem illo negato. Cum tot episcopi iiq; principali potentia instructi, totq; pastores Ecclesiæ, cuius patronum agit Erasmus tot monachi, tumultuãtibus agricolis, omnia sua semel abnegare, & quæcũq; seditiosi illi planeq; lymphati, non homines, sed bestiæ uoluissent, talia sanè quæ & antea et postea nullis satis crutiatibus expiari posse iudicauerunt, literis & iureiurãdo amplexi sint, sectaturosq; sese receperint, citius quàm cedere sustinuissent uel solos episcopatus, aut paræcias, sed malunt isti suã fidem & religionem aliorum, quam suo sanguine confirmare. Quàm autem sint animo bene de omnibus merendi studioso, & ad perferendas iniuri-

Constantia philoeuani

Constãtia procerum ecclesiæ Cath.

as obfirmato, eo ſatis declarant, quod antequam Rebus publicis, uel principibus quorũ imperio tuti opibus, & delitijs affluunt, tributi aliquid conferrent, uel ad promouenda literarũ ſtudia, aliaue commoda publica, de iure ſuo, quod tamen rationibus eorum non tantillum detraheret, non nihil cederent, plurimi citius ea conſilia arripiant quibus nihil aliud, quàm ſe ipſos, & eos quos cum nunquam miſi amicos experti ſint, ipſi ſibi hoſtes eſſe fingunt, euertere uelle uidentur, nulla prorſus patriæ aut illius neceſſitudinis ratione habita, quæ ſæpe tamẽ ferociſſimos animos ne etiam ſe grauibus laceſſiti iniurijs, de ſuis ulciſcerentur, continuit.

Quæ uitæ honeſtas philoeuangel.

Sed quid opus uerbis, quàm optaremus Vitæ argumentum recipi, ut illud profecto haud quaquam in poſtremis eſt, eo q̃ nemo poſſit ſerio doctrinæ fauere, qua cum animo pugnat, & eſſe, qui atrum atrum, candidum candidum agnoſcerent, utcunque ipſi in nobis multa deſyderemus, quam facile tamen cuinceremus à nobis ueritatem ſtare, ſi res ſit etiam cum eccleſiæ iſtius columinibus. Hic itaq; uicem Eraſmi ſingulariter dolemus, q̃ nihil ueritus ſit, illud quod dominus per prophetam dixit. Væ iis qui dicunt malum bonum, & bonũ malum, tenebras lucem et lucem tenebras &c. Nam uix hodie exiſtit, qui noſcat

Eſa. 5.

quæ

plenius, ut uiuatur Romæ, ut in aulis episcoporũ, ut apud Canonicos, ut in cœnobijs. Nec ignorat quæ sit publica ad CHRISTI regulam morum facta in nostris Ecclesijs reformatio, ausus tamen sit scribere Circumspice populũ istum Euangelicum, & obserua num minus illic indulgeatur luxui, libidini & pecuniæ, quàm faciunt ij, quos detestamini? Isti cum quibus nobis potißimum negocium est, quos non ipsos tamen, sed quorum corruptos mores detestamur omni reiecto pudore, totos se libidini auariciæq; deuouerunt adeo (nam sanabiles nulli oppugnauimus) ut extrema citius tentaturi uideantur, quàm ullã castigationem laturi, Id quod cum alias, tamẽ in concilio Constantiensi, & nuper, fungente Pontificatu Romano Adriano Sexto, abunde declararunt. Sed & hic cum Episcopus initio Episcopatus sui, de moderandis flagitijs quædam tentasset, Canonici nonnulli uocatum Romam in ius compulerunt: instituto discedere, non paruainterim pecunia multatum, quam scilicet insumere in litem oportuit. At Tiguri, Bernæ, Basileæ, Constantiæ, Argentorati, alijsque in Rebuspublicis, quæ Euangelion nostrum amplexæ sunt, sic in morum sanctimoniam conspiratum est, ut quicquid prætexant hostes, nullo sint tamen alio nomine nobis infensiores, quàm

quòd nimis ſeuere, ut ipſi putant, à nobis honeſtas exigatur. Qui certe in hiſce urbibus luxus, quæ morũ impuritas regnarit, quàmplurimi norunt, at hi mirari modo coguntur, tantam breui adeo potuiſſe morum obtineri immutationem. Et Eraſmus huius nominis Theologus permittit ſibi de tantis CHRISTI Eccleſijs ſic ſcribere, ac ſi prorſus nemo in eis cœpiſſet uiuere emendatius, imò nemo eſſet non ſe ipſo factus deterior. In quibus tot ſunt millia, qui cum antea ſcortari comeſſari, inebriari, & id genus flagitia, pro ludo haberẽt, plerique necab adulterijs abhorrerent, nunc ductis uxoribus, ſumma cũ honeſtate & frugalitate uitam degunt. Sed de re tam nota cur uerba faciamus? Niſi ſane ſerium honeſtatis ſtudium in his Rebuspublicis obtinuiſſet, tam ſæuerę de morum caſtigatione leges, nec potuiſſent condi, nec ſeruari conditæ.

Quàm alieniſint Phi loeuangel. à ſtudio pecuniæ.

Iam quid dicam de ſtudio pecuniæ, quod mirum qua fronte obijcere nobis ERASMVS, auſit, maxime ſi id nobis quoque concedat, quod ſiuæ Eccleſiæ uindicat, nempe ut ſatis ſit ad hoc ut CHRISTI Eccleſia habeamur, ſi inter multos malos, paucos ſaltem bonos præſtemus? Nam & nobis multa eſt neceßitas monendi eos qui in noſtris Eccleſijs opibus abundant, quod Ti-
1. Timo. 6. motheo præcepit PAVLVS, nempe, ut ablegata

ablegata pecuniæ cupiditate, bonis operibus diuites esse studeant. At interim quantus est eorum apud nos numerus, qui opimis sacerdotijs, qui fructuosis mercaturis, qui etiam magnis censibus ualedixerunt, manuum labore modo uictum quæritantes? Imò nemo prorsus est, qui Euãgelij cauſa non luculenter sciens & uolens rei familiaris iacturam fecerit, præter id, quòd uel Eraſmo iudice in tam ingens periculum cum facultatibus, & uitam adduxit. Quàm multi sunt, qui licet uiderent Euãgelio artes suas, quibus uiuebant, uel prorsus intercidere, uel certe in paucos contrahi, nec esset aliunde ulla uictus parandi spes certior, illud tamẽ amplexi sunt, hodieq; sectantur, quiduis laborum & sordium etiam boni consulentes, dummodo Euangelio liceat adhærere. Quot ex ijs locis, in quibus non permittitur iuxta Christi præscripta uiuere, in nostras urbes irrecuperabili rerum suarum damno migrarunt, malentes tenues & inopes degere in domo Dei, cum conscientia tranquilla, quàm dites & beati in tabernaculis oſorum CHRISTI, conscientia perturbata. Quãtis iam studijs Rex Gallorũ & alij qdã egerit annis aliquot apud Tigurinos, nuper etiã apud Bernates et alios nostræ fidei Eluetios, ut pecuniã à se acciperẽt, utq; isti fortiter id abiurarint, capitaleq; fecerint, quo exsplendidisſio et

opulento ſtatu, ad priſtinã ſeipſos frugalitatem, imò ſordes & labores deijciunt, clam Eraſmo non eſt. Et non puduit cum publico hoc ſcripto noſtros pecuniæ ſtudio æquare ſuis illis Mammonæ mancipijs. Nam quid aliud tot Epiſcopis, & Canonicis omnino curæ eſt, quid aliud ſatagunt, quàm ut ſacerdotia ſacerdotijs cumulantes, diuitijs & copijs ſe ipſos continuo uincant. Sed qui hic pecuniæ ſtudium noſtris obijcit, idem in Epiſtola quadam ad Melanchthonem taxat eos propter egeſtatẽ. Sic enĩ ſcripſit. Nam hoc ſolum habent Euangelicum, quòd ſemper egent plerique. Sed nos digni ſumus, quibus iuxta, & paupertas, & pecuniæ ſtudium uitio detur, fraudi ſit leuitas ſimul, & ſeueritas, publicouſui aliquid concedere, & ad DEI uerbum exigere ſemel omnia. Sed quid iuris aliud ſit in mundo Chriſtianis, qui ouium inſtar habent, mactationem iam deſtinatarum.

Venio nunc ad ea, quibus ſcribit nos clamare in preces, ieiunia, miſſas, quæ nolimus purgari, ſed tolli, eo quod oĩno nihil in receptis placeat, ſed zizaniã euellamus cum tritico, imò triticum cum zizania. Quid uero eſt calumnia, ſi hæc non eſt atrociſſima? Ad precandum & ieiunandũ continuo hortamur, ſed uere, ſed pie, in uana illa, & CHRISTI meritum obliterãtia, orbemq; præterea ex

tereà expilãtia, precum ieiuniorumq; clamamus simulachra, sublataq; cupimus, non ipsas preces & ieiunia uera, Tantũ nihil huius indicimus, cum non sit in manu ullius hominis, alteri precãdi uel dare animũ uel modum præscribere. Ipse cuiusq; spiritus ad precandũ sese dedat, quoq; id faciat expeditius, usum quoq; non tantũ cibi & potus, sed semel oĩm rerum uitæ huius abdicet, oportet. Qui hæc præceptis exigere conabitur, hypocritas reddet, non aũt ueros precatores, uel ieiunantes, id re ipsa plusquàm manifesto monachi hodie declarãt. In his cum eam esse libertatẽ docuimus, quã suis Christus fecit, et Apostoli ĩminuere ausi nõ sunt, quid quæso ĩpietatis admissum est? Quis enĩ probabit licuisse Pontificibus, quod sibi non sumpserũt Apostoli, imò ne Christus quidẽ, qui tamen ĩmutãdi animi ptãtem habet? Sed nec per Mosen Deus certum tempus, modumue precibus constituit, ut cunq; ille populus præceptorum pædagogia formandus esset. Vnũ dumtaxat diem in toto anno, ieiunio cõsecrauit, quod sciret, haud esse cuiusuis identidem animũ ad serium adeo peccatis luctũ, aut precationis ardorẽ, excitare, ut ille iustũ simul ieiuniũ adduceret, nam ficta abominatur. Hanc libertatem agnouisse, & Chryso stomum uidere est in quadam eius oratione de ieiunio, Irenæus eandem etiam defendit. Quod

Quid sentiãt de precibus & ieiunijs.

In histo. ecclesi. lib. 5. cap. 24.

uerò montanus hæreticus primus ieiuniorũ leges edicere ausus est, cõuincit eum Apollonius quidã scriptor Ecclesiasticus in eodẽ lib. 5. cap. 18. actũ

Quid Missæ sublatũ.

Sed nec Missã, si hoc nos (fuisse à malo spũ. mine Christi cœnã complecteris, tollendã unquã censuimus, quam scilicet ipsi iunctis precibus pro Ecclesia, & Psalmis, tum doctrina, quo more & ab Apostolis celebratã legimus, tanto studio frequentamus. Pompã illam uestiũ abiecimus, & gestus factitios, tum quæ scripturis aduersa, precum uice ad Missam dicere sacrifici solent, quod hæc, ut à CHRISTO et Apostolis tradita non sunt, ita superstitioni & imposturæ inseruierũt. Lingua quoque iuxta Pauli præceptum utimur, qua tota erudiatur Ecclesia, & nemo suam priuatim, sed domini cœnam in commune agitamus, hoc si est Missam tollere, nullam habuerunt Missam Apostoli, nullam tota CHRISTI Ecclesia, per minime pauca secula. Quod igitur illud triticum est, quod pro zizania euellimus? Nam solas blasphemias precum nomine uenditas, solum fucum, solum quæstum, ex demurmuratis sine mente sacris hymnis factum, & reliquũ impostura rum instrumentũ remouimus, quæ si non zizania sunt, haud scio quid zizania uocari debeat. Quicquid in his à CHRISTO profectũ, obseruatũ ab Apostolis, usu & doctri-

na com-

na commendatum à uerè sanctis patribus, & nos obseruandum docemus. Videant nunc Christiani utrũ in nobis hæreat illud. Nec oĩno quicquã in receptis placet. Ad quid opus erat tam excedente

Porrò probaturus nos triticum pro zizania euellere, ostendere conatur pro bonis aut certe tolerabilibus rebus, pessima quæq; inuehere, ac primum quod modo adduxi, iubet circumspicere populum istum Euangelicum, & obseruare num minus apud nos indulgeatur luxui, libidini, & pecuniæ quàm faciant ij, quos detestamur, tum proferre sibi, quẽ istud Euangelion ex commessatore sobrium, ex feroci mansuetum, ex rapaci liberalem, ex maledico benedicum, ex impudico reddiderit uerecundum. Nos uero & si in re tam manifesta indignum sit uerba prodigere, totas paulò superius Respublicas & magnos principes protulimus, qui adeo inceperunt uiuere emendatius, ut admirationi planè sint bonis & æquis omnibus. Vellemus autem, ipse proferret, qui nam illi multi sint, qui quod nostro Euangelio nomen dederunt, facti sint se ipsis deteriores. Augescit quidem occasione, at non culpa Euangelij, malitia eorum, qui reprobi sunt, simul atq; illud ipsis ingeritur. Venit enim istis CHRISTVS ut uidentes non uiderent, & personam detrahit Hypocritis, quo fit, ut

(Hyperbole?

Quos reddat Euangelion deteriores.

Iohan. 12.

hi insanius contra ueritatem furant, illi licentius in scelera ruant. Sic Pharisæorũ, sic Iudæ proditoris peruersitas audito CHRISTO, euasit & efferatior & impudentior. Ad hunc modum fatemur non paucos, postquã eis nostrum Euangelion innotuit, consumatiore cœpisse peruersitate insanire. Sed hi sunt qui Euãgelion nostrum aut persequuntur, aut suis cupiditatibus præexunt. Quorũ multos uideas ab eo quod Euangelion tam clare rursus adnunciatur, sui adeo factos dissimiles, ut cum antea non uulgari, & prudentia, & honestate uiderentur præditi, nunc iures nullam prorsus recti aut honesti habere rationem, ac propè communi sensu destitutos, tam indigna se nullo pudore, nullo cuiusquã respectu cõmittunt. Sed sic oportet concuti, qui in lapidem angularem CHRISTVM impingũt, uerumq; declarariijs, qui Euangelij thesaurum non habuerint, etiam quicquid uidentur habere ingenij industriæq; in alijs rebus, oportere auferri. Porrò quid Euangelium nostrum sit, quid doceat, fuse iam superius dictum est, nihil sanè nisi omnem uirtutem, quare si qui ab eo, quod huius se professione iactare cœperunt, deteriores seipsis facti uidentur, id cuiuis rei debet imputari potius, quàm Euangelio, quod ut prodit uitia, ita tradit nihil nisi uirtutes, undc fieri quidem solet, ut eorum,

Matth. 21.

Matth. 13.

qui Euan-

qui Euãgelio nostro se falso admiscent, prauitas luculentius quàm antea emineat, uersanti enim propè lucem mirum non est si maculæ clarius uideantur, ut autem ab eo ulli uitio uel tantillum caussæ detur, fieri non potest, quippe à quo nihil nisi fidere Christo, & amare proximum discant. Quales autẽ euadant, utq; seipsis reddantur meliores, qui sacerdotum & monachorum institutis nomen dant, pueris notum est, & non uno in loco ab Erasmo deploratur. Non ferendum tamen ipse putat si quis tantam tam multorum peruersitatem, qui hoc uiuendi genus arripuerũt, ipsi instituto et ordini ĩputet, et permittit tamẽ sibi hinc nostram in totũ professionem damnare, quod ea quoq; fucos habeat, nihil pensi habens, q; in numeri sunt q per hoc Euangelion docti, prorsus nouã cœloq; dignam uitam amplexi sunt, audet propter paucos malos sic de ea scribere, quasi apud nos nihil nisi scelera doceantur, utpote quorum doctrinæ nemo hactenus discipulus fuerit, qui nõ sit factus se ipso deterior. O grauem contumeliã Christi, cuius indubitata doctrina est, quam profitemur, cuiusq; spiritus haud obscure, tã in multis suos fructus ædit, quos hic tantus Ecclesiæ Catholicæ uindex, tanquam bipedum nequissimos meraq; portenta omniũ odijs, & extremæ principum sæuitiæ, quantum in ipso est, obijcit, addi-

cit, deuouet. Quàm pugnant hæc cum ijs, quæ passim hic uir in libris suis de Christiana modestia, æquitate, & lenitate prædicat. Sed sic est sors nostra, ut homines omne de nobis malum dicant, sed falso, si nos fieri oportet περικαθάρματα τοῦ κόσμου, καὶ πάντων περίψημα, si armis iustitiæ instructos à dextris & sinistris exhibere nos conuenit idoneos CHRISTI ministros, non minus per ignominiam, quàm gloriam, æque per malam atq; bonam famam. Erit autem cum momentaneum hoc & leuiculũ, quod hic patimur, pondus adferat æternum gloriæ expressæ & in omnia secula iturę.

Eiusdem candoris est, quod cum excussas templis statuas non magnopere queat improbare, innuit inuidiosa interrogatione nihilo secius coli in animo idola uitiorum, tum demolitas tanto studio imagines, symbolum facit conspirationis. Nos docemus cottidie carnem cum uitijs
Gal. 5. & concupiscentijs crucifigendam, nec id frustra apud plurimos in quorum iam animis colitur CHRISTVS, non idola uitiorum, etsi excutere penitus illa, quæ naturæ nostræ prauitas, est nequeant. Deinde cum Deus sit, qui idolorum cultum tam sæuere prohibuit, tam dire execratur, persuaderi non potuimus, non esse rem noxiã et omnino submouendam ijs, qui illũ, patrem

patrem inuocant. Satis superq; est rerum in tam uasta orbis machina, quæ nos DEI nostri admoneant, habent deinde domi, quicunq; Dei sunt, monitorem spiritum sanctum, habent scripturas, habent cottidianum doctrinæ exhortationisque usum, quem hæc ad pietatem non mouerint, nec mouebunt ista tantopere in scripturis detestata hominum figmenta. Nec sunt ij solum idololatræ, qui sensum aliquem inesse putant lapidibus ac lignis, quod Iulianus Augustus non minus alienum à gentibus fuisse contendit, quàm hic à suis Erasmus. Signa siquidem & simulacbra Deorum hæc, non Deos ipsos, habuerunt. Sed simulatq; his immensam illam & per omnia diffusam DEI maiestatem coli cœperunt, non iam hanc, sed sola manuum suarum opera colebant, teste omni scriptura. Nequit etenim animus hanc digne cogitans, non ilico ab omnibus quæ uidentur, & in infinitam illam inuisibilem, & omnibus tamen in rebus mirifice sese ostentantem, bonitatem, sapientiam, potentiam, contemplatione sic rapi, sic defigi, ut continuo nihil nisi innocentiam, sanctimoniã, beneficentiam meditetur, quibus nimirũ solis gratificari sc posse æternæ illi bonitati agnoscit. Hinc nõ prophetæ tãtũ, sed & sancti patres, id quod abũde testatur eplã illa Epiphanij Epiſ. Salaminæ Cypri ad

Iohannẽ Episcopũ Hierosolymitanũ, quã Hieronymus latinam reddidit: Christi etiam, & cuiusq; hominis imaginem in Ecclesia habere authoritatiscripturarum, religioniq; nostræ contrarium
1. Iohan. 5. iudicarunt. Nec ueriſimile est paulum & Iohan-
2. Cor. 10. nem, cum hic fugere ab idololatria hortatur,
Gal. 5. eamq; inter carnis opera numerat, ille ut nos ab idolis custodiamus, monet, crassiorem illã tantũ idololatriam intellexisse, quæ impenditur signis, quibus inesse sensum stulti homines credũt, quanquam ne hac quidem nostri uacent, alioqui unum diuæ uirginis simulacrum non tanto præ alijs cultu dignarentur. sed nouerant hi, mentis Christi compotes, carnem nostrã tantum ad idola & externas illas cerimonias, ut ita certis tantum in locis, certoq; tempore religiosam se mentiatur, nõ exhibeat, propendere, quantum à uera religione abhorret, quæ nimirũ cõstat spiritu, à uisibilibus quidẽ rebus, sed ut ille Deũ, non hoïem opificem referunt, occasionem sumente, mox autẽ in æternam & inconspicuam diuinitatem pia consydera tione sese immittente, ac inde omni statim uirtutum studio inflammatum, ad demerendos homines rursus proferente, omniumq; usibus addicente, quæ & ipsa illa diuinæ ut cognitionis, ita & æmulationis ueritas est, qua Deus & spiritus & ueritas, coli, adorariq; postulat, cultu scilicet,

quem

quem solum gratum habet. Sedde hac re fusius in libello, cuius & superius meminimus, in quo & id ostendimus, non satis esse cultum idolorum uerbis dedocuisse, nisi etiam re ipsa submoueantur, sed per potestatem publicam. Cur enim qui Dei populum uice Dei gubernant, facto suo doctrinã eius confirmare indignum se ducant, præsertim cũ id Deus præceperit, deinde quid faciat in templo, quod tantũ offendiculo sit, nihil uero queat adferre frugis bonæ? Nam, ut dictum, Dei memoriam non iuuant hæc, sed obliterant. Porrò quod scribit se non uidere, quo consilio tanto studio imagines demoliamur, nisi ut sit conspirationis symbolum, haud quaquam indigne ferremus, si hanc intelligeret, qua iam aliquot ecclesiæ in uerbum Dei, in seruitutem Christi conspirarunt, & conspiraturas adhuc plurimas certo speramus. Verum huius nos ille non insimulat. Neq; enim hoc solum loco nos suspitione hac grauari sibi permisit, quasi huc nostra omnia spectent, ut autoritas soluatur legitimorum principum, quibus nos maiori, quàm quicunq; à nostro Euangelio abhorrentes, studio præstare quæcunq; per Deum licet, parati sumus, quod nõ uerbis solum, sed re ipsa abunde testati sumus, & testamur. Quare uiderit ERASMVS, qua conscientia huic tanto sceleri, quod cum primis detestamur,

ut nullum quoq; à professione Euangelij quod docet non principibus modo sed, semel omnibus fieri omnia æque abhorret, affines esse nos persuadere orbi conetur, utq; illud suum uanissimum augurium CHRISTO approbet, quo scribit se augurari, nos nouam quandam meditari Democratiam, addens totam rem agi callidissimis quorundam consilijs, quorum autores nullus adhuc satis agnoscat. Quid obsecro nobis uideatur Erasmus quærere qui hæc scribere de nobis ad principem apud Cæsarem tantum, in animum induxit? Nostros quiritatur tantum non omnem hominis sensum exuisse, et ne micam Christiani candoris habere reliquam, quod ad illustrandam ueritatem Christi, quæ huic ipse consona scripsit, inuulgarunt, eo quod inde maiori apud principes inuidiæ obnoxius fiat, cuius iam dicemus humanitatis, cuius Christianismi esse, deferre nos facinoris adeo nefarij ob quod iure & legibus in nos sæuire par sit, quicquid uspiam est hominum, seditiosum enim & in maiestatem principum machinantem, qui primus potest, tollere debet, & deferre apud principes potētiæ tam late patentis, à quo tamē facinore abesse nos quā longissime non solum scripta nostra, quàmq; cotidie profitemur, doctrina, in qua primas semper sibi obedientia potestatis publicæ uēdicat, sed ois quoq; uita, & nostrorū ultronea exhibita princi

Ad archiepi. Toletan. hispaniarū primatē

pib. obsequia, testantur. Sed non sumus meliores discipuli magistro, serui domino nostro Iesu christo, quẽ, licet nemo unquã prõptiorem illo oĩbus exhibuisset seruitutem, affectati tamen regni reũ peregerunt, neq; non affigi illum cruci impetrarũt, qui inter Iudæos doctißimi habebãtur et optimi. Nec alio noĩe damnatus & Paulus est, quamquam omnibus semper factus omnia.

Nihilo humanius est et hoc quod deinceps scribit. Excussæ sunt preces solennes, sed iam plurimi sunt, qui nihil prorsus orant. Vt superius enim testati sumus, non preces sed precũ noĩe magno uenditas impostoras sustulimus, si qui hinc iam nihil prorsus orant, eos uacare necesse est spiritu illo inenarrabiles ad deũ gemitus fundente, quare sicut hi nihil oĩo uerę precationis fundere ad deũ possunt, ita præstat, nullã etiã simulent, tam. s. irrisuri deũ, quàm hoĩes ac seipsos delusuri. Subiicit de abrogatione Missæ, rogatq;, qd successerit sacratius, non uult cõferre ritus cũ ritibus, inductos cum relictis, quod nunquã sit nostras Ecclesias ingressus. At quanto dignius fuisset non dico Theologo, sed Christiano, cum Missa nihil aliud sit, quàm ritus quidam & cerimonia, uidisset ipse, qd induxissemus, quidue reliquissemus & ex re ipsa de nobis iudicasset, quã ex uultibus redeuntiũ à contione, quos scribit uidisse se uelut malo spiritu afflatos omnes, miram quandam

Præposterũ iudiciũ Erasmi.

præ se tulisse iracundiã, et ferociã, ut similes sibi uisi sint militib. discedẽtib. à cõtione ducis ad præliũ & θούριον ἀλαλὴν exhortati, aut ex eo, quod nemo sibi uiris aliquot honestis comitato detulerit honorẽ, quẽ exhibemus quibuslibet, præter unũ seniculum. Quid enim, si illa uultus sæueritas ex ira & indignatione fuerit in ea, quibus illi, & se ipsos & alios agnouerint fecisse contumeliã Christo? Quid si Erasmus illis parum æquus uiderc in eorum uultibus sibi uisus sit, quod ipse sibi ex nugacissimorum quorundã delatorum sermonibus, quibus eum aures prolixe nonnunquam dare, boni ueriq; eius amici persæpe deplorarũt, in animo suo finxerit. Mirum certe fuerit, si oĩm uultus, præsertim ita ut fit templo non absq; turba & cumulo prodeuntium, defixis adeo contemplari oculis potuerit, ut qd quisq; præ se ferret, uideret tam certo. Quod uero nemo illi honorẽ illum uulgarem exhibuit, poterat uir grauis frequentiæ dare populi simul sacra æde effusi. Nouit siquidem Romæ, & Parisiis ob nimiam hominum turbam, non modo nulli fermè hunc honorẽ exhiberi, sed sæpe etiam Episcopum uia detrudi à carbonario.

Cæterum ritus eos in cæna obseruamus, quos obseruauit Christus ipse, quos ab hoc acceptos seruarunt, suisq; Ecclesiis tradiderunt Apostoli

nitur nulla superstitione uel loci, uel tẽporis, nul lane legis necessitate, sed libere, ut spontaneũ esse CHRISTI populũ addecet, nulli se peregrino cultu, uestiumq; pompa detestata patribus, uetita decretis pontificijs, præ alijs ostentãt, sed prode unt ministri uulgatis uestibus simplicitatem pro fessi, ut par est cos, quibus mortis Christi mysteri um celebraturis cõpetit ipsius potius modestiã, quàm luxũ referre persicum, Mox summa cum grauitate oẽm populũ ad confitendũ Deo pecca ta sua inuitant, uerbisq; è scriptura depromptis præcũt, statim ĩ cõmuni peccatorũ uenia oratur, psallitur, recitatur, & explicatur sacra lectio, fundũtur preces pro magistratibus, ac oĩbus, sed ea lingua, qua fructus aliquis, ad oẽs prouenire posit, ut planè magis pium est eum obseruare mo rem, quem spiritus CHRISTI per Paulum præcepit, quàm quem uetuit. Posthæc exponitur sacræ cœnæ mysteriũ, prædicatur Dei in nos bo nitas, qui filium suum pro nobis uiuificandis de dit in mortem, cõmendatur CHRISTI dile ctio, qui animã suam pro nobis tam libens posuit, recitantur quæ Dominus cum hanc cœnam insti tueret, dixit, gesit, gerendumq; suis commenda uit, iubentur hac Eucharistia abstinere qui non dum CHRISTO ex animo uiuere cupiunt, di stribuitur inter omnes panis & calix Domini;

non sumit unus pro omnibus, quod potius sit, hic CHRISTVM audire, quã qui se faciunt Christi uicarios, & tamen ei contraria iubent. Postremo aguntur in cõmuni Redemptori gratiæ, sicq; cœlestis patris beneuolentiæ commendatus populus dimittitur. Quid quæso hoc in ritu Christianis indignum, imò quid non traditum ab Apostolis, atque adeò CHRISTO ipso, persanctéq; obseruatum ab omnibus maiorum gentium Christianis, donec res tam sancta, superstitioni & nundinationi cœpit seruire malorum? Hæc si coram ERASMVS cernere, quàm male conciliatis quibusdam hominibus, quibus uoluptas est uiperinis impetere linguis, quicquid CHRISTVM resipit, fidem habere maluisset, potuisset scribere, ut certiora, ita Theologo magis digna, nectot tam luculenta mendacia, quibus non tam nos inuisos reddet, quàm se prodet, contumelioſum in CHRISTVM, orbi tanta securitate obtrudere. Inter quæ sane hoc eminet, quòd scripsit. Quis unquam uidit in illorum concionibus, quenquam pro peccatis suis fundentem lachrymas, aut tundentem pectus, aut ingemiscentem? Quàm soles Erasme detestari eos, qui tibi, scriptisq; tuis obtrectant, non probe intellectis, aut etiam non lectis, quæ scripsisti, quid igitur commeruimus

meruimus nos, quo te ita irritauimus, ut ausus sis nos alioqui præter meritum sic mundo inuisos, ut in nullum mortalium genus ille æque furat, nullos Turcos adeò cupiat extinctos, tam apertis mendacijs, tantæ infamiæ impietatis, tamq; facere ab omni religionis sensu alienos, cum ipse tamen fatearis te nostra templa nunquam esse ingressum, atq; ideo nullam quoq; à nostris concionem audisse? Simile est, quod ad Toletanum Archiepiscopum, cum odiose satis non uisos Ecclesiæ Basilienſis ritus describisses, subijcis, Ego misere metuo, ne Pharisaismo succedat Paganismus. Sunt hæc nostra tam paganica, nihil ne CHRISTI resipiunt? Certe si ex cerimonijs quæ Basileæ obseruantur uere & iure metuis paganismum, eadem ratione metuendus erat & à cerimonijs Apostolicis, illas enim nos reduximus. Sed ad institutum. Tu scribis, quis unquam uidit in illorum concionibus quenquam pro peccatis suis fundentem lachrymas, & cætera. Nos uero nullam omnino à nobis concionem haberi dicimus & si habeamus frequentissimas, (& id totæ nationes testabuntur uerum) in qua non plurimi ob peccata sua ingemiscant, serioque ueniam à patre cœlesti orent, etiam si pectus paucis tundant, propterea quod isthuc non sit ita in more Germanorũ, ut est in more nationum alia-

rum lachrymas, tamẽ fundi ſæpiſſime uideas. Sed quid hæc moremur non ſemper certa pœnitentiæ animi ſigna, iuſtos poſſumus proferre fructus, documenta pietatis multo certiora. Quàm minime pauci enim omnem uitam innouarunt ad præſcripta CHRISTI, adeò ut non opes modo, delicias, honores, ſed uitam ipſam alacriter pro nomine CHRISTI obtulerint tormentis. Ipſe alicubi ſcripſiſti ſceleratiſſimũ homicidij genus eſſe, uenenũ lingua, nõ in pyxide circũferre, quale iam cenſendum eſt circumferre illud libris in tot millia exẽplariũ multiplicatis, quibus totamentur in CHRISTI membra, animi, linguæ, manus, quot illi nacti fuerint lectores? Scribis in quodam libello. Nec noſtrũ eſt, de parũ cognitis ferre ſententiã, at qui æquus eſſe uelit, hunc par eſt eſſe ἀπροσωπολήπτῳ. Cum ita q; noſtra ipſe non uideris, non audieris, eoq; nullam eorum habeas cognitionem certam, maxime cum ſcias hoſtes noſtros eſſe, qui tibi ſubinde de illis narrãt, haud debueras tibi permittere tantis nos criminibus, quorũ hic nõ minus dira, quàm falſa aliquot coaceruaſti, infamare. Primum tribuis, quanquã hic adieceris, ſi uerũ narrant, ſermones quibus ſic uita ſacerdotum à nobis laceretur, ut magis ad ſeditionẽ faciant, quàm pietatẽ, deinde accuſas ſic nos abrogaſſe confeßionẽ, ut ne Deo quidem con-

dem confiteantur plurimi, abiecisse cũ ieiunijs ciborũ delectum, ut interim gnauiter indulgeatur crapulæ, ita quosdã effugere Iudaismũ, ut cœperint esse Epicurei, protriuisse cerimonias, ut nihil accesserit spiritui, imò multum decesserit, tuo quidẽ iudicio. Nos aũt eorum sacerdotũ, qui cum sceleratè uiuãt, Missis tamẽ suis, & alijs nugis, hominibus id pollicẽtur, imò uendunt, quod dare solius Christi est, uitã in hoc taxamus, ut uideãt homines nihil illos minus esse, quàm id quod promittunt, nẽpe qui salutẽ & iusticiã queant à Deo hominibus impetrare. Idq; adeò non seditiosè facimus, ut cum illi ipsi importunis suis blasphemijs, quosq; mãsuetissimos sæpe in se prouocassent, nos perpetuo ne à quoquã læderentur, uerbo Christi apud plebes nostras effecimus, cum illorũ in nos conciones nihil nisi carceres, ferrum, ignem, crepant. Deinde confessionẽ quæ homini fiat, sed potenti monere officij, expedire conscientias, in bonam spem de fauore Dei erigere, nulli unquã abrogauimus, tantũ docuimus haud esse consultum, apud cum quærere peccatorũ medelam, qui peccatis ipse pereat totus, & nulli fas esse hominum isthuc à quoquã Christianorũ exigere, interim confiteri Deo nulla non concione docemus, in nullo non conuentu ad id populo præimus, si iam ne Deo quidem confiteantur plurimi eorum qui hos

mini confiteri desierunt, id nobis nullo iure imputabitur, quanquam qui huiusmodi sunt, frustra quoq; homini confiterentur, ut præstet eos omissa illa extorta humanitus confessione id palam præ se ferre, quod sunt, quã eius obtẽtu mentiri hominibus, et illudere DEO. Hos uero, ut & eos qui abiectis iciunijs gnauiter indulgent crapulæ, et ita effugiunt Iudaismum, ut incipiant esse epicuræi, quiq; protritis cerimonijs nihil habent spiritus, nostros non agnoscimus, culpam ergò eorum præstare nulli debemus. Est autem multò magis è re non tam Christiani gregis, quàm horum ipsorum, ut positis hisce non suis plumis, prodant se quales sunt, quàm ut istarum rerum inducto tectorio, id essent quod sepulchra mortuorum dealbata. Sic enim ut minus sibi possunt placere, ita citius poterunt agnita sua impietate ad solidæ pietatis studium reuocari. Cæterum quid de iciunijs & precibus doceamus, quidq; huius obseruemus, abunde superius exposuimus.

Nullæ cerimoniæ intempestiue abiectæ.

Scribit posthæc Erasmus, cerimonias quasdam Iudaicas obseruauit PAVLVS, ne Iudæos abalienaret ab Euangelio, saltem hoc animo non erant omnes cerimoniæ reijciendæ. Nos uero non omnes reiecimus, & in ijs quoq; quæ Iudaicis similes non sunt, utpote præter iussum Dei inuectæ, & ferè omnes sic iam seculis aliquot usurpatæ,

ſurpatæ, ut cum illo etiam pugnent, quam multa diu indulſimus, indulturi porrò quoque, ſi non cum hinc fructum prouenire uidiſſemus, quem legimus cucniſſe Petro propter fratres, qui à Iacobo uenerant à communi cibo abſtinente. Gal. 2.

Quæ porrò de Apoſtolorum libertate ſubijcit, qui neſcientes præſcriptos ieiuniorum dies, ciborum diſcrimina, præſcriptum uſum leguminum, interdictum uini, ultro tamen iniußiq; ieiunarunt, uſi ſunt uiliſſimis, contenti leguminibus, fueruntq; etiã abſtemij, eadẽ & nos docemus, & quisque pro uirili ſua præſtamus, quod de nobis teſtabuntur qui nos, noſtraque nouerunt, nanec agnoſcimus eos, qui libertatis CHRIſtianæ prætextu cupiditatibus ſuis frena laxant, tum qui hanc in occaſionem dant carni, hos officij ſui admonemus, adhortantes, ut charitate ſeruiant ſibi inuicem, quo, ut ERASMVS recte monet, charitas plus ultro præſtet, quàm lex imperabat. Hanc ſemper Euangelicam libertatem & agnouimus, & docuimus, non peruerſam illam, omniſq; honeſtatis diſſolutricẽ, quam nobis Eraſmus falſo tribuit, impingens ſic iugum humanarum conſtitutionum à nobis excuſſum eſſe, ut nemo interim ceruicem ſubmiſerit ſuaui iugo Domini. At uero gratias interim ERAſMO agimus, pro illo inſigni teſtimonio ue- Libertas Chriſtiana.

ritatis, quo testatur Apostolos nescisse præscriptos dies ieiuniorum, delectumq; ciborum, quod utinam tam reciperetur à multis, quàm est uerum, certe ex eo conuincitur, ut quemadmodum à nemine iure alius, quàm præstiterunt Apostoli, Christianismus requiri poterit, ita nec præscriptos illos ieiuniorum dies, ciborumue delectum, merito à nobis exigi. De uini usu nondum pericli tamur, quandoquidem hoc & largius, & meracius bibere soleant, qui abstinẽtia tantum non ex quare Apostolos uideri uolũt, idq; tum maxime, cum sua sacratiora illa quadragesimæ & aduentus ieiunia celebrant.

Falso impingi Philocuangel. tyrannidẽ.

De eo autẽ gratias agere non possumus, quod solita ut ætate, ita et ueritate, nos suggillat, imò aperte & atrociter accusat, constitutiones humanas apud nos constitutionibus humanis, imò parum humanis, licet titulo uerbi Dei cohonestatis, mutari, ita ut complures boni uiri præferant ultroneum exilium isti nostræ magnifice decantatæ libertati, nostrosq; proceres & anteſignanos, quamuis ad Episcoporum dignitatem opes & ditionem nondum peruenerint, eiusmodi de se speciem præbere, ut ipse se in Episcoporũ quàm horum potestatem tradere, Cæsarisq; potentißimi ferre iugum, quàm quorundam magistratuum Euangelicorum, quamuis humili sorte, malit, si

detur o

detur optio. Primum uellemus, Erasmus protu-
lisset, quænam sint illæ nostræ constitutiones hu-
manæ, quibus priores antiquamus, titulo tantum
immutato, quod has nostras uerbum Dei uoce-
mus, cum res nihilo mitior sit. Nos nullam pror-
sus humanam legem, non dico condimus, sed ne re
cipimus quidem, quæ mere humana sit, non licet
enim nos seruos fieri hominum, cum omnia nostra
sint, nos Dei, quos quanti sumus, Christus sibi uin
dicauit suo sanguine, illi igitur uiuere toti quoq;
conamur. Hoc autem dum meditamur, sic nobis
instituenda uita est, ut lædamus neminem, prosi-
mus omnibus, quo pacto iam nulli uon humanæ
etiam constitutioni et iniquæ, quantum per deum
licet, ex animo parere studemus. Sed sic com-
parati, certi sumus nos, non hominibus, sed Deo,
quod Paulus seruis, qui bona fide morem gerunt
heris suis, confirmat, non humanis constitutioni
bus, sed præcepto illi, omnem in se legem conti-
nenti, DILIGES PROXIMVM obtem-
perare: Nam inimici etiam diligendi sunt, & ma
lis quoq; exemplo patris nostri, in omnes boni, be
nefaciendum. Porrò quemad. nostrum est, & o-
mnium qui nomen dederũt Euangelio Domini no
stri Iesu Christi, quæcunq; agenda inciderint, ser
mone uel facto, in ipsius nomine facere oĩa, gra
tias agentes Deo & patri per illũ, ita adferimus

haud quaquã licere, nõ nobis modo, qui ecclesiæ ministri sumus, nullo pollentes imperio, atq; ideo hortamentis ad pietatem omnes inuitare, non cogere edictis debemus, sed ne magistratibus quidẽ ullam facere constitutionem, quæ non deriuata sit ex lege dilectionis, hoc est aliquam adferat hominibus utilitatem, eamq; ad sanctificandũ apud illos nomen dei, prolatandum regnum eius, perficiendam uoluntatem eius, institutam. Nos igitur nullas oĩo constitutiones inuexim⁹, hortationibus contenti, nisi quis eas uelit constitutiones uocare, quod oportuna tempora ad conciones, psalmorum in Ecclesia decantandorũ modum, ritum Eucharistiæ digne celebrandæ, scholas deniq; et prælectiones ordinauimus, quanquam ne in his quidem aliquid nostra potestate, sed oĩa non minus ex consensu ecclesiæ, quàm scripto & exemplo Apostolorũ, accedẽte quoq; semper autoritate magistratus, instituerimus, & sic, ut ad ædificationem maxime uniuersa faciant. Sed nec magistratus ullas nouas leges tulit, sed renouauit ueteres, ne quis in Deum, in Christũ, in uerbum eius in D. Virginem & omnes diuos atq; adeo quæ docent sacræ scripturæ, quæq; ab ijs tradita obseruãtur, sit maledicus, ne quis adulteriũ, stuprũue cõmittat, ne concubinam alat, ne ebrietati indulgeat, ne uestium luxu enormius offendat, ne sine magistra

Quæ leges reuocatæ.

magistratus permissione stipendia faciat, ne in is quo mercatu proximos premat, ut uel dominicis diebus doctrinam Christi singuli, quos nulla idonea caussa remoratur, audiant, ut sacrificii cum ex crucifixi patrimonio alãtur, sacris prælectionibus adsint, ut R. publicæ nomen dent quicunq; ciuitatem inhabitant, eademq; cum alijs ciuibus onera ferant. Hæc sub certis pœnis, non noua sed uetera, & ex lege Dei certissime dimanantia, nostri edixerũt magistratus. Quæ igitur illæ humanæ constitutiones, quibus nihilo mitius apud nos, quàm sub Papa homines grauantur? Quod tam graue iugum cui Cæsaris potentissimi iugũ præferendum sit, adeo ut complures boni uiri ultroneum exilium nostræ libertati prætulerint? Aut qui nam sunt isti complures boni uiri sponte sua exulantes, certe quàm plurimi sunt Vberlingæ & Friburgi ac alijs in locis, in quibus isti boni uiri exulãt, q offensi præmemoratis legibus, nostris urbibus excesserũt, qui se Cræsos & Sardanapalos putarent, si adhunc modũ eis contigisset exulare, certe ipse Erasmus fatetur nõ ĩmite exilium. Quã aũt boni uiri sint, cũ tales, ut Cic. inqt, ex iustitia cui cõiuncta est beneficentia uocãtur, uiderint ipsi, certe à cõpluribus bonis uiris creditur hoc noĩe ĩdignos, eos q Christi opibus præter omne ipsorũ meritũ, tã opulẽti, tã beati sunt, adeo nõ sustinuisse quẽq; ei R. P. in quo tot annos uixit

& cuius beneficio tanta commoda percepit, quæ pleriſq; etiam patria eſt, tantulũ conferre, quantum ciues alij, & eiſe addicere uiuendi rationi, quam præter naturæ & Dei legem, ipſorum etiã eis canones præcipiunt, ut uideatur plane præſertim aliq eorũ, nihil facturi reliquũ, quo euertant has ipſas R. pub. niſi priſtinis opibus ac uoluptatibus, niſi priſtino regno reſtituãtur, pro quibus, qui olim apud ethnicos boni habebantur putaſſent ſibi moriendum etiam. Iam de uitæ ſanctimonia, qua hi pollent, aut quam, uel tot iam admoniti ut eis uidentur aduerſis, meditentur, quæ tamen & ipſa à iuſtitia, boniq; uiri appellatiõe abeſſe nequit, quid attinet dicere? Ipſe nanq; Eraſmus ſic ſcripſit ad Arch. Toletanũ, de ignotis non eſt meum iudicare, hic nec inter ſacerdotes, nec inter monachos quenquã uidi, quem tanta rerum tempeſtas reddiderit pilo caſtigatiorem. Qui igitur illi complures boni uiri, qui noſtrorum adacti ſunt tyrannide, ut ultro in exilium abirent. Certe qui Cõſtantia & Argentorato exceſſerũt, nõ ferentes noſtrorũ magiſtratuũ intolerabile iugũ, eandem quã Baſilienſes philoſophiam profitentur, & ut inculpatiſſimi reliqua ſint, ubi ſpiritus ille Chriſti? qui ſolus bonos reddit, cũ ima ſummis permutaturi citius uideantur, quàm ſoluere didrachma ne quẽ offendant, cum nolint

ad eam

ad eam uitæ formam adigi, quã ipsis sui præscribunt canones, cum deniq; tam alienũ à se ducant benemereri de ijs, qui uidentur ipsos offendisse. Sed non potuerũt uidere abolitos ritus Ecclesiæ catholicæ, qui potuerũt igitur antehac, & modo uidere aboleri, imò cõculcari ritus Christi? Offendit demolitio statuarũ & imaginũ? cur ergo non offendit q, apud suos destruuntur imagines Dei uiuæ, sanguine Christi redemptæ? Vt enim de pestilẽti doctrina taceã, quã est solẽne apud istos cõstruprare bonorũ uirorũ uxores et filias, quo nomine forte nescit Erasmus, quàm male audiat & uicedecanus ille, quem animo uere generoso, uere Christiano, quiq; semper rebus fortuitis omnibus fuerit superior præditum, prædicat. Eiecit eos indignatio, quod non liceat canere canticа Domini, quod pascha agere oporteat sine Halleluia, absq; uictoriali conuiuio, cur non ergo eij cit eos et suis ecclesiis, ubi hæc sic gerũtur, ut Deus illis magis irritetur, uel Gregorio teste? Potu rant profecto uiri boni ferre ritus, doctrinamq; Christi, tolerare poterãt submoueri imagines sensus expertes, ut digne colãtur destinatæ consortio cœlesti, poterant psallere in cordibus suis, poterant & uoce, uel cum mulierculis, cũ in Christo non sit mas, nec mulier, cũ pueris, quorũ laus peculiariter grata Christo est, sacros hymnos

In epistola ad Berucit Can. in sancta Dist. 92

decantare, uerum sint terq; quaterq; boni uiri, nec à nobis, nec a magistratibus nostris ullã acce perunt caussam nidos suos relinquendi, tacemus abeundi in exilium, quanquã ut dictum tolerabi le sit exilium, ne id suo nomine uocemus, quod per ferunt. Quod autem scribit ERASMVS, si de turoptio, malle se in potestate esse Episcoporum, quàm nostrorum procerum, & potentißimi Cæ saris iugo, quàm nostorum magistratuum submit tere ceruicẽ, ipse uiderit quo animo scribat, à ne mine certe nostrorum siue ecclesiastarũ, siue ma gistratuũ quicquã illi unquam periculi intentatũ est, nihil iniqui ab eo quisquam petijt, nedum exe git, quot sunt autem episcopi, quibus se haud tuto cõmitteret, neq; enim habent hunc in eum ãimo os mnes, quem ij qui pateras, aliaq; donãt, quanquã & inter hos mirũ si nõ sentiat ipse quoq; esse, qui si non uiderent suæ Ecclesiæ se opus esse contra Lutheranos προμάχῳ, & ipso plane potirens tur, longe alia, donaturi essent, Cæsari sibi tam fauenti quid aliquando fisus sit, quidue hodie cre dat aulæ eius, quæ patriã ipsius administrat, ipse satis testatur, cum ratione reddit relictæ Braban tiæ, nec facile repetẽdæ, nõ quod iure sibi à quoq; metuat, sed quod probe norit, ut in hac, cui respon demus, epistola scribit, quot artib. sit armata ca lumnia, quantumq; ualeat interdũ apud summos

etiam

etiã monarchas, utq; sæpe iaceat ĩnocens, priusq;

Scribit posthæc (quã sciat se delatum.

uereri se ne pleriq; pro graui iugo hoĩm portent grauius iugũ Diaboli, id ut uere ucreatur de nobis, cauſſam tamen huius nos nullã ipſi dedimus, præſertim ſi id non ueretur de ſuis eccleſiaſticis, qualeſcunq; enim ſumus, hoc in uotis eſt, hoc pro uirili ſtudemus. ut chriſti præſcriptis uita noſtra reſpondeat, quicquid ſibi falſorũ criminũ, in nos euomere Eraſmus permittat, ab ipſiſſimis certe diabolis. i. calũniatoribus ipſi ingeſta. Hoc enĩ de nobis falſo falſius ſcripſit, excuſſam eſſe obedientiã epiſcoporũ, ſed ita ut ne profanis quidẽ magiſtratibus parcatur, nam nihil nos quieti & tranquillitati rerũ præferimus, ſeditioni dare occaſionem modis oĩbus cauemus, honorem exhibemus cui honor debetur, uectigal cui uectigal, tributũ cui tributũ, nec omittimus hortari noſtri Euangelij auſcultatores, ut idololatris quoq; plancq; impijs & tyrãnicis magiſtratibus obtẽperent, et pro corũ incolũitate, præmiſſo tamẽ ſemper, ſanctificetur nomẽ tuũ, aduenĩat regnũ tuũ, fiat uolũtas tua, cottidie deũ orent. Si hinc Turcarũ principi deteſtabiles ſumus dicitq; ille nos ſeditiõi natos, ferendum id eſt, cum talẽ eſſe Chriſtũ ipſum dixerint optimi populi, optimi et ſanctiſſimi principes, ſacerdotes & ſcribæ, quanquam ſi hoc argumento de cuiuſquam inſtituto iudicandum ſit,

Turcorũ principi detestabilis sit, improbandus ei præcipue est ordo Ecclesiasticorũ, ut in quos præcipuo, & prorsus exitiali odio flagret, sæuis atq; crudelius, quàm in alios quoscunq;. Illa aũt quàm uana sunt simul & dira, Quos subinde tuę multus excitat, quoties quàm leuibus de causis procurrit ad arma? & cætera. Quos obsecro Erasme memoras tumultus, quæ arma, quis te adeò cõmouit in tot tam inocuas Christi Ecclesias?

Historia tumultus Basilien.

Ipse nosti Basileæ tumultum sumptis armis excitasse, qui uideri uoluerunt stare a tua Ecclesia Catholica, nostros autẽ semotis armis negocium suum egisse libello supplici. Deinde autem cum uiderẽt paucorum potestatem huc erupisse, ut quæ ipse Senatus constituerat, fideq; legatorum, quos uicinæ & sociæ urbes cò ad componendas res miserant, & diplomatis, quæ singulis tribubus singula ultro obtulerant, confirmarat, pro arbitrio rescinderẽt, diuersumq; agerent, ut iam manifestò quiuis cerneret Rempub. sic primoribus in Senatu Euangelio aduersantibus, quod maior iam plebis pars sequebatur, & a quo solo salus omnium petenda est, consistere non posse, conueniisse, & per selectos aliquot bonos ac cordatos uiros, multumq; ab omni seditione abhorrentes, a Senatu orasse, ut eos a se remoueret, qui Euangelion impugnauerant importunius, & in los

cum

cum eorum legeret, qui Dei timore solido prædi-
ti, quales nimirũ Deus præfici suo populo præce
pit, ea præterea sapientia pollerent, ut de religi-
one doctrinaq; CHRISTI certũ statuere pos-
sent, tum curarent quod & antea præmissum fu-
erat, ut concorditer CHRISTVS doceretur,
& manifestò uerbo Dei aduersantia, cum in ceri
monijs, tum in uita ciuium corrigerentur. Hanc
uero cum scirent postulationem peßime habitu-
ram eos, qui ante armati concurrerant, se si suc-
ceßisset ad minimũ Euãgelio spoliaturi, & ipsos
se armasse, uim tantum si quam contigisset infer-
ri, depulsuri, nam ipsi prorsus neminem læserũt,
uel te ipso teste in Epistola ad Plocensem Episco-
pum. Deiectæ fuerunt aliquot in templis statuæ,
occasione istiusmodi. Mißi fuerant aliquot arma
ti à plebe in foro Senatus responsum expectante,
ut primum templum, & quædam alia loca perlu
strarent, ne quid aduersarij in illis conuenientes,
molirentur, horum unus putrem quandam statu-
am hasta sustulerat, quæ mox decidens, comminu
ta fuit. Id quosdam sacrificos male habuit, sed
uerbis duntaxat id testati sunt, nec aliud arma-
ti illi regesserunt. Interea autem uenit ad plebem
rumor, rem geri armis, atq; istos suos iam esse in
periculo, misit itaq; iustam ferè cohortem arma
torum, illis succursum, sed hi cum ueniissent, re-

perrũt omnia parata. Vt igitur didicerunt eã rioſam ſtatunculam tantæ turbæ cauſſam dediſſe, ſubito ut fieri ſolet conſilio, uel impetu potius, ſtatuerũt ſemel ſtatuas uniuerſas deijcere, quod mox & in hoc, et alio quopiam templo fecerunt. Tandem annuit Senatus poſtulationi plebis, & diſceſſum eſt rebus omnibus tranquillatis, niſi quod poſtridie iuſſu Senatus, reliquæ imagines & ſtatuæ demolitæ ſunt, ac etiam exuſtæ. Paupe res enim quibus conceſſæ fuerant, male illos inter ſe partiebantur. Non autem ab re ſubijt ERASMO mirari, neminem è tam multis Diuis fuiſſe, qui tantæ ſtragis autores ulciſceretur, nam de CHRISTI & Beatæ uirginis manſuetudine ait ſe non mirari, præſertim cum tantum ſcelus ſit, tamque indigna calamitas, ut mereatur in conſultatione de bello Turcis inferendo, bello, famæ, peſtilentiæ, atque alijs quæ in lege ſua minatur Dominus, adnumerari. Nam ubi famem, auctaq; rerum omnium precia, dolos mortalium quibus ſe inuicem circumueniunt, memorauit, mox immane illud malum ſeditionem agricolarum memoraturus, medium ponit. Vidimus deſolata templa magnifica, confracta ſimulacra, ſacerdotes exactos. Hi uero ſunt tumultus Baſiliẽſes, quos ſatis celebrauit ERASMVS, utinam ex uero, nam & illud uas

illud uanum est, quod scribit, suspendendum fuisse in medio foro Consulem illum uicinum suum proximũ, qui noctu furtim se subduxit, non in sporta, ut PAVLVS, sed cymba, sic ipse rem describit, nec sanè narrauit id, aut iactauit quisquam eorum, penes quos tum potestas ulla fuit. Etenim paulo post, cum alijs qui fugerant Senatoribus, hic consul reuocatus est, & omnium ἀμνηστία promissa, si modo contra Rempublicam nihil esset molitus. Caussa quoque cur huic plerique parum æqui essent, fuit quod credebatur concionator quidam ab ipso animatus, rursum contra Senatusconsultum cœpisse debacchari in Euangelium.

Ante hunc motum fuerunt quidam ditionis Bernatium solicitati per eos, qui Euangelium nostrum oderunt cane peius & angue, sola hac caussa, quod effecit apud aliquot Heluetiorum pagos interdici militia, ex qua quàm plurimi apud hanc gentem ad summas opes peruenere, quibus ante paucos annos, nemo libenter teruncium credidisset, ut postularent abrogatã iam Missam in pristinũ locũ restitui, aut sibi remitti decimas & census. Composita res fuit, adhibitis ex omnibus præfecturis, quas ea Respublica permultas habet, uiris grauibus aliquot. Sed obtinuerant iam mali, frigidam suffundebant uicini quidam hos

Historia tumultus Bernatiũ.

mines eo animo, ijs moribus præditi, quibus solent, qui castra sequuntur, per hos igitur excitatus tumultus est, armati inuaserunt cœnobium quoddam prædiues, lacus quosdam piscibus abundantes dissiparũt. Misit ad eos Magistratus Bernensis, qui hortarentur ad quietem, & si quid haberent, ut mallent iure agere, tamẽ pollicerẽtur, se cõsensuros ĩ iudices æquos, sed quo se humaniorẽ illis præstabat Magistratus, hoc ipsi euadebant ferociores, perdebant interim ac uastabãt oĩa, indicibilibus quoq; quosdam suorũ qui uerbo Dei credebant, iniurijs & cõtumelijs afficiebant, adeoq; furebant, ut qui alioqui religionis mutationem Bernæ factam non probarent, maluissentq; cum istis Missam restitutã, iudicarent tamen quã primũ reprimendam rabiosam istam insolentiã, Mox itaq; conscriptus exercitus est, præmissa cohors una cum bombardis, quæ occuparet littus eius laci, qui exercitui erat traijciendus. Hos simul atq; seditiosi illi conspexerũt, è uestigio coniecerũt se in pedes, quãuis magno essent numero, auxiliaq; à uicinis missa, conscenso monte prærupto & celso, elapsi sunt, sic ut stupori nris essent, nemo tamen ex nostris insequebatur, sed cogebant in unum suos, & exercitu circundatos acriter increpuerunt perfidiæ, et uinctis authoribus, qui non erant fuga dilapsi, reliquos multarunt libertate

bertate & priuilegijs quæ singularia habuerãt, quæ tamen post aliquot menses illis restituerunt, Vt igitur rursus ĩ uerba Magistratus iurauerũt, dimißi sunt, nec est nisi de uno & altero supplicium sumptum. Hic fuit ille tumultus Bernatium. Qui iam illum excitarunt, qui arma priores sumpserunt? Non sanè Euangelici, sed qui cupiebant in hoc Euangelion extinctum, quo libera ut militia, ita & ea essent, quæ militia parit.

Nec alij caussam dederunt tumultui tertio, quo anno superiore Tigurini cũ socijs arma sumpserunt, à quinq; illis pagis, quos antiquos uocant impetraturi ne Oligarcharum quorundam importunitas toti patriæ malum consciscerет, & innocuos CHRISTI professores isti pro libidine sua, ut cœperant, trucidarent. Exusserant enim non ita pridem quendam Euangelij præconem, in quem tamen nihil habuerant iuris, alibi ad necem uulnerauerant ciuem Tigurinum, similia omnibus qui ab Euangelio sunt, quos Hæreticos uocabant, minati, aliaq; multa præter iura fœderis faciebant, & machinabantur, tam non ferenda ijs qui cupiebant saluas res Eluetiorum. Hic tumultus intercedentibus legatis aliorum pagorum, atque aliquot uicinorum, sic compositus est, ut neutra pars alterius religionem puniret, ut ubicunque commu-

Historia tumultusqnq; pagorũ gentis Eluetiæ.

ne imperium est, in ijs quæ religionis sunt, suffragijs maioris partis omnia constituerentur, & fœdus illud rescinderetur, quod uidebantur quinque pagi aduersus nostros iciſſe cum exteris. Sic factum est, ut licet acies ferro ac machinis instructæ minimo spacio dirimerentur, & non pauciores uiginti millibus in armis essent, licet non isto in loco, ne musca quidem perierit, & ceraſorum tantum fuerit magna strages, ut iocari uidetur in lenitatem nostrorum ERASMVS. Nam huic certe debetur, ut hoc bellum fuerit tam incruentum, & ut Græci dicunt πόλεμος ἄσαρκος. Si nanq; tantum nostris aduersarij, quantum nostri illis, prævaluissent, bellum fuisset multo cruentißimum, planeq; πόλεμος ἔνδακρυς. Quis iam et huius motus autor, num Euangelici? At hi tantas ab istis suis confœderatis tulerunt iniurias iam annos aliquot, quantas antea à nullo Monarcha tulissent, nec prius ad arma procurrerunt, quàm cum ea iam salus totius patriæ extorqueret, ijsq; sic usi sunt, ut abunde apparcat nihil illis minus in animo fuisse, quàm sæuire, aut suas iniurias ulciſci.

In Epistola ad Pyrckemer.

Motus Rotuuilæ.

Iã quib. alijs in locis procursum ad arma est, niſi nuper Rotuuilæ, ubi Senatus ea sũpsit contra quosdam ex plebe, qui supplici tantum libello, ab ipso

ab ipso libertatem petierant loquendi de Euangelio, & dum non liceret habere Ecclesiasten, se ipsos quantum possent sacris libellis, erudire hortariq; ad pietatem? Sed nec fatalis illa coniuratio agricolarum, ortum ab ijs habuit, qui uolucrunt uideri Euangelici, nam primi omnium qui seditionem mouerunt, accolæ syluæ Hercyniæ palam regulis suis testati sunt, se nihil uelle habere cum Euangelio commune, iam & aliorum qui Euangelion prætexuerunt, postulata & gesta satis demonstrarunt, nequaquam ab Euangelio, sed quod putarent se inique premi à suis Magistratibus & principibus, caussam sui tumultus sumpsisse, & quo caussam suam nonnihil cohonestarent, Euangelion de quo nihil prorsus sciebant, obtendisse. Sic rẽ habere nemo est qui diffitebitur, qui modo fabulæ huius protasin, Epitasin, & catastrophen cognouerit.

Motus factalis Agricolarum à quibus ortus.

Sic quod ante biennium copias eduxerant illustrissimi Principes Saxonum & Hessorum, quibus imputandum sit, in obscuro non est, quãquam hi nemini quoq; malum intulerunt. Cum iam Christiani sit, neminem etiã ueris lædere, quantũmodo per Deum liceat, quàm dignum Theologo est, eius nos mali tam falso insimulare, ob quod iure in nos armari debeat totus orbis. Queritur subinde de excetris, quæ mendacijs efflent in ipsum

Eductæ copiæ prĩ. Saxonum & Hessorum.

uenenũ exitiale, quid uocabimus ista, quæ in nos scribit tam ímania, & eadem falso falsiora. Proser tamen Erasme, quibus in locis excitemus tumultus subinde, ubi leuibus adeo de caußis ad arma procurramus toties. Quàm dedecet ueritatis doctrinã professum, istud, Subinde, istud, Quoties? Quàm tu ferres æquo animo, si quis scriberet te nihil edere indentatum, semper habere in quos stylum stringas, nusquam non pugnare, eo quod te paßim à malorum calumnijs defendas, siq; maxime damnaturus esses Theologiam professum, perpetuo delitigare, putares tamen quicquid huius peccati esset, nõ tibi, qui te falsis purgares criminibus, sed ijs potius imputandũ, qui te illis immeritum exagitarẽt. Iam ostende tu, quẽ unquam nostri tumultũ excitarint, in quem arma priores sumpserint, quẽue sumptis armis ulla iniuria affecerint? Nam furores illos agricolarum nostro Euãgelio imputari non possunt, cum ab ijs ortum habuerint, qui palã testati sunt, se haud laturos, si qui inter ipsos illud profiterentur, sintq; à nobis semper ĩprobati. Vt decent igitur te, & quæ hic, & alibi de nobis scribis, quibus uideris uelle toti orbi persuadere, nos nullam unquã quietem agere, arma nunquã ponere. Sic enim scribis ad optimum uirum Carolum Vtenhouium, postquã precatus es Gallis, ut quantũ nunc propendent ad superstitio-

perſtitionem, tantum ualeant iudicio ſpirituali, qui certe hactenus ſe præſtiterint Romano pontifici frugi mancipia &c. Et tamen fortaſſis in hanc partem peccare præſtat, quàm effrenem licentiam moliri, quam in aliquot Germaniæ ciuitatibus exoriri uidemus, in quibus Pontifex eſt Antichriſtus, Cardinales creaturæ Antichriſti, Epiſcopi laruæ, Sacerdotes porci, monaſteria cõuenticula Satanæ, principes Tyranni. Summa rerum eſt penes plebem Euangelicam, ſed armatã, & ad pugnandum, quàm diſputandum inſtructiorem. Quid de Põtifice, Cardinalibus, Epiſcopis, Sacerdotibus, monachis ſentiamus, ſuperius confeßi ſumus, qui uiuunt bene, à nobis neutiquam audiunt male. qui Chriſto nuſquam non oppedunt, habent ſuos titulos in ſcripturis, quos cum ipſis tribuimus in loco, non plus peccamus, quàm qui eos primi impoſuerunt. Sed quæſo qua in ciuitate eſt ſumma rerum apud plebem, eamq; armatã, cum nemo neſciat ariſtocratiam in urbibus Germaniæ obtinere, utq; apud populos maieſtas ſit, autoritatem tamen omnẽ eſſe penes Senatus? Vbi autem illa ad pugnandum promptitudo? ubi tam ĩmorigeræ eccleſiaſtis ſuis plebes, ſi in ſuã uitam inuehantur liberius, aut ab opinione diſſenſerint, præſertim ita ut conentur eos profligare. Blanda certe nulli ordini dicimus, quando omnes ad-

huc cum morbis noſtris conflictamus, atq; obid ſæpe à multis parum bene audimus, ſed id commune nobis eſt & cum Apoſtolis, nedum cum ſanctis patribus. Ipſe enim in hac Epiſtola, memoras olim Epiſcopos à plebibus lapidatos, quod nobis nondum uſu uenit, & ſi nullo ueterum minus ſæue in quorumuis ſcelera detonemus. Vt autem & hæc apud nos malitia exiſteret, cum teiu dice Eccleſia cogatur ſemper inter paucos bonos, multos ferre malos, iniuria tamen hæc totis Eccleſiis noſtris tribueres. Dolendum ſanè a quo tam multa præclare ſcripta ſunt, quibus ad agnoſcendam ueritatem Euangelicam orbis excitatus eſt, ab eo nunc ſcribi, quibus nihil queat fingi ad id accommodatius, ut ſemel excindantur funditus, tot inſignes regiones, tot Principes, tot R. publicæ, qui libenter & cupide ad illam uitam ſuam formare ſtudent. Huius in nos humanitatis & hoc eſt, quod ſcribit, initio tantum non Deum fuiſſe nobis LVTHERVM, nunc iiſdem prorſus delirare, quod nouum de Euchariſtia dogma non recipiat. Vtrunq; enim nobis falſo impingit. Nam etſi magni nobis Lutherus fuerit & hodie ſit, ſicut & Eraſmus ipſe, non tamen illum ſic unquam ſuſpeximus, ut nobis tantum non Deus eſſet, ita nec modo nobis prorſus deliret, ut cunq; pleraq; eius non recipiamus, & ipſe

in nos

in nos, ob dogma de Eucharistia, non nouum, etiam hostium et ipsius Erasmi testimonio, sæuiat plus satis. Eidem humanitati acceptum ferimus, & illud quod nobis tribuit, censere libertatem Euangelicam, impune facere, sentireq; quodcunq; lubitum sit. Hanc enim pestiferam carnis licẽtiam, cottidie, cum pro suggesto, tum scriptis in publicum æditis detestamur ut quicunq; alij. Iam quod subijcit, post quã memorauit præceptũ Apostolicũ de uitandis malis, quã est hostile. Nũc inquit circunspice mihi sodalitatẽ istam Euangelicã, quot habet adulteros, quot temulentos, quot aleatores, quot decoctores, quot alijs uitijs infames, et hos quidem habent in delitijs, tantũ abest ut uitent, O parum pudentem calumniã, circũspice tu potius nostram sodalitatem, & ostende quibusnã isti in delitijs sint, imò à quibus sodalitate Euangelica donentur. Nam cum fuisse & in Apostolicis ecclesiis qui his malis essent obnoxii, ipse fateris, non potes exigere ut præstemus nostras talibus uomicis liberas. At dispereamus si unquã tales in delitiis habuerimus, imò si ab eorũ nos cõsuetudine nõ sedulo semper subduxerimus. In epistola quadã ad Melãchthonẽ cohonestas hoc elogio nominatim Capitonem, & Hedionem, fratres & symmystas nostros, sed tam ucrè, quàm sunt alia quædã, quæ in eadem Epistola in hos &

Quod falsò iputetur philocuangel. conuictus malorum.

Defend. Capit.

Zuuinglium scribere tibi indulsisti. Nam nemo unquam ex ædibus Capitonis prodijt, ad excudendum libellum in te, uel rabiosum uel stultum, & quem tu uideris pro theologica grauitate subinde uocare ψωρώδην, Othonem Brunfelsium hominem Dei plus reuerentem, et in erudienda iuuentute fidei multo probatioris, quàm ut sic debeat accipi à Christiano, quicquid illi quandoq; ardor pro amico, et eo egregie de se merito, tum maxime pro dignitate Euangelij, quod syncerũ profitemur, aduersus te expresserit, hũc nõ ante scribere resciuit, quã cũ æditus iã libellus esset, quẽ ĩprobare quoq; se nõ obscure tulit. Cuius sunt testes fide digni. Perĩde uerũ est quod de eodẽ subijcis, Thrasonẽ Planodorpiũ semper habuit in delitijs. Et ad Hedionem, Capito noui Euangelij episcopus non habebat alias delitias quibus se oblectaret, quàm perditißimi decoctoris conuictu, ne quid addam. Miræ uero delitiæ, insolens conuictus, cum hunc Capito ne uno quidem unquã exceperit conuiuio, nonnunquã in mense uix semel uideat. Hoc igitur cum tam manifesto falsum esset, quamlibet non huius solum, sed etiam ꝙ illum contra se instigaret identidẽ insimularet Erasm. indignũ tamẽ habuit Capito, ut se uel apud ipsum Erasmum excusaret, donec eum nostrum aliqui huc compellerent, planè inuitum, tantum abest

ut

ut se huius apud quenquam mortalium excusarit anxie. Si mentimur, proferat Erasmus, literas huius tam anxiæ excusationis testes. Et quis obsecrometus, Capitonem ad tam anxiam purgationem adegisset, præsertim rei nulla adeo ueri similitudine conuictæ, cum in eam ipse se mundi indignationem studio Christi pridem coniecerit, ut non posßit in maiorem. Et hæc illa uiri uafricies est, quæ Erasmo semper oboluit. Hæc causßa, ut cum multi de Capitone peßime ut scribit sentiant ipse non optime susßpicetur. Et tamen si uerum scribit ad Hedionem, nihil de illo susßpicatur inimice, quem exceptis dogmatis semper habuit pro amicißimo, & cui se semper prebuit amicißimum. Nam non ignorat Erasmus quæ hic uir à mundo oblata præ Christo contempserit, & à quo dignitatis gradu, in quas se ueritatis gratia sordes, ut uulgo iudicantur, sua sponte deiecerit. Tales mundus haud quaquam uafros existimare solet. Non minus uanũ & illud est, q; literas ab Hedione acceptas Cap. illi quẽ glorioßum militẽ uocat, ostenderit. Scribit Erasmus de Luthero alicubi, Magno animo contemnit Cæsares & Pontifices, & ad leuißimorum abiectißimorumq; hominum susurros sic debacchatur in quemlibet, uelut oblitus quam agat fabulam, & quam personam induerit. Quid iam nobis dicendum erit de Erasmo,

qui tot luculenta nec minus pernitiosa mendacia de his audet scriptis in orbem spargere, qui male de ipso nunquam meriti sunt, et ea quæ sanè nemo nisi perditissimus quisq; ad ipsum deferre potuit.

Defend. Hedio.

Simile & illud est, quod scribit ab Hedione scurram impurum occasione suarum literarum, per quas debebat dare pœnas subleuatum, misericordiã appellante, quod haberet uxorẽ et teneros liberos, nec aliud illũ etiã nunc agere, quàm ne quid detrimenti capiat res et fama nebulonis. Neq; enim scurra impurus, aut nebulo hic uir est, quem notat, sed studiosus, ut dei, ita oĩs honestatis habetur iis, qui cum nouerunt paulo melius, quã nõ dico Erasmus, sed etiam ii, qui eum Erasmo sic depinxerũt. Deinde nequaquã occasiõe literarũ Erasmi hunc subleuauit Hedio, sed cũ in arbitriũ eius Eras. posuisset, premere literas, quas contra hũc typographũ ad senatũ scripserat, uel curare reddẽdas, inclinauit illũ misericordia in eam partem, in quã et Eras. se propendere scripserat. Nã hæc eius uerba sunt. Si uidetur (loquitur de Epistola ad senatũ) iube reddi, Sin minus preme rẽ, ne quisquã resciscat. Nam ipse propensior sum in eam partẽ, ut dissimulẽ totum negociũ. Et rursus eidẽ epistolæ hæc adscripsit. Vir optime, nolim tibi ex hoc negocio quicquã confles inuidiæ. Itaq; me nihil offendes si rem totã dissimules, Et hoc arbitror

bitror cõsultius, nisi tu dissentis. Si iampropensior fuit in eam partem, ut et ipse dißimularet totum negociũ, merito putauit Hedio, gratũ se ipsi facturũ, si ita literas illas premeret, ne quid mali conscisceretur typographo, & tamen ageretur cum illo, ne porrò ipsum læderet. Vnde uero diuinasset, in hoc esse illam ad senatum Argentorat, epistolã premendã, quo ipsi esset integrũ, qd uellet statuere? Sed nec id tã indignũ Christiano fuisset, si maxime adeo immaniter peccasset hic typographus, ut uult uideri Erasmus, rationem habere uxoris & liberorũ. Siquidẽ uera sunt quæ alibi scripsit. Aequius est ne probi lædantur, improbis ignoscere, quã dum dignis afficiuntur mali, boni indigna patiãtur. Sed utinã qui tantopere execratur, quod opera huius Typographi sua sit fama falsis impetita criminibus, & se indignũ putasset, nostram & tam multorũ Christi studiosorum impetere, ut æque falsis, ita multo certè immanioribus. Quid est quæso, perditißimos & sceleroſos hoïes tenere, fouere, habere ĩ delitiis, imò nullas alias habere delitias? Id noïatim scribit de Capitone, interim sibi amicißimo, et de quo nec inimicè suspicatur, de Hed. cui fidit toto pectore, et scit, quicqd is fecit, syncero aïo fecisse.

Qui iam illi sunt, qui uel Argentorati uel alibi publice docuerunt, nec ullas disciplinas, In epistola ad philip.

nec ullas linguas esse discendas, præter unam Hebraicam. Quàm indignum Theologo tam confessa mendacia non præsenti solum, sed etiam posteris sæculis cõmendare. Nullus hic planè Ecclesiastes est, qui non oẽs disciplinas, & linguas maximo habere in precio cupiat, nec est qui non subinde ad consecrandam bonis studijs iuuentutem, inhortetur, nec forte nihil suis cohortationibus ad id cõtulimus omnes, quod Senatus præter duos ludos, publicas quoq; professiones linguæ Heb. Græc. Latinæ, tum S. literarũ, legum, & Machematices instituerunt, cum antea nihil huius ad se pertinere arbitraretur. Quæ uero Tiguri, Bernæ, Basileæ disciplinarũ et Linguarum ratio habeatur, qualem certè nullæ habent urbes aliæ, præsertim ubi non sunt Academiæ, minime autem omnium, ubi rerum potiuntur Ecclesiastici, clã esse Erasmo haud potuisset, tam uicino, si tantopere libuisset audire bonos, de nobis narrantes uera, atq; impuros Stentoras illos, et adulatores, memorantes quicquid uel confingi posit malorum. Cõtigerat hic quendam profiteri græce, cui cum nullus esset auditor, unus nostri ordinis, uolens pro suggesto commendare & græcæ linguæ studiũ, atq; ostendere, quã mancarens sit soli Latinæ linguæ, reiecta græca, dare operam, inter cætera contulit cũ Latina lingua græcam &

Vt literarum studia curẽt philoeuangel.

Argentorati

tam & Hebræam, præstareq; has illi, quātum ad discendum attinet, affirmauit, quod in hac nihil ferè sit, tam de humanis, quàm diuinis rebus scitu dignum, quod si non felicius, saltem æque feliciter tradant libri Hebraice & græce scripti, ut si non tam latè modo pateret Latinæ usus, & græcā familiariter teneremus cum Hebræa possemus illa citra iacturam solidioris eruditionis carere. Addidit, eam fuisse Romanis instrumentum, quo primum corpora, quod Valla gloriatur, deinde & animos in seruitute tenuissent. Testatus autē simul fuit, non hæc se dicere, quod censeret negligendam, sed acceßione potius græcæ & Hebraicæ augendam. Hinc quidam per totam ferè Germaniam sparserunt, hic damnatam pro suggesto linguam Latinam, cum ei prælatæ tantū essent græca & hebræa, nec id ut ipsi discendæ iuuentus incumbere negligeret, sed ne incumberet soli. Sed sit leuiculum huius nos falsò insimulasse, qui potuit illud admitti, ab homine CHRISTVM agnoscēte oīm iudicem, quod seditionis paßim adeo, & eius in rebus sacris, perpetuo accusat multò falsißime.

Non uiuit hodie, qui seditioni infensior sit, quàm est Zuinglius, is CHRISTI minister, quem nemo sine grauißima CHRISTI contumelia contempserit, hunc nusquam non seditio-

Defend. Zuinglius.

ſum facit. Nunc ſcribit, Zuinglius quàm ſeditios ſe rem gerit. Nunc, Zuinglius quantas turbas concitauit ob imagines? Nunc quo tumultu exegit Diuorum imagines? Profectò uicinior fuit Eraſmo Zuinglius, quàm ut pati debuerit, tam confeßa ſibi de illo, præſertim amico, mendacia perſuaderi. Quid quæſo unquã egit hic ſeditioſe, quas turbas, quem tumultum concitauit propter imagines? A Senatu maiore & minore, hoc eſt, à diacoſijs urbis Tigurinæ indictus primum eſt conuentus eruditorum, conuocatus Epiſcopus, et habita grauis ex ſcripturis de imagimbus diſputatio, in qua cum didiciſſent illi DEVM ſuis uetuiſſe, illic habere ſigna & imagines, ubi coluntur, paulò poſt decreuerunt Senatusconſulto, templis ſubmouẽdas, id quod & ipſi citra omnem tumultum, citra turbas curarunt, nec quicquam egit Zuinglius, quàm quod ut è ſuggeſto, ita deinde in diſputatione, Dei uerbum bona fide expoſuit. Hæc eſt iſta Zuinglij ſeditioſa actio, hæ turbæ, hi tumultus. Ex eodẽ amore erga hunc ſuum amicũ, & illud ſcripſit. Zuinglius amice admonitus à me, reſcripſit admodũ faſtidioſe. Quæ tu ſcis inquit, non conducũt nobis, quæ nos ſcimus non cõueniunt tibi. Conatur ſubinde Erasmus docere rationẽ tractandi Euãgelij, ut Eccleſiæ proceribus probetur, aut certe non improbetur, hæc ſanc nos

Quarõne eiectæ imagines Tigur.

ſane nobis non conducũt. Nam hoc conãtibus non liceret Chriſtũ prædicare pure, palãq; oſtendere, quæ fidei in hunc aduerſantur. Iam quæ nobis ſcire datũ eſt, ſunt, ſic Chriſtũ adnunciare, ut ingenuc præ nobis feramus, ipſi à patre oẽm poteſtatem in cœlo & terra traditã, & oportere ipſi omne ſe genu flectere, nec cõniuere ad quicquam eorũ, quæ cũ doctrina eius pugnant. Deinde cum Chriſto ipſo, cũ Paulo & ſanctis patribus, ijs qui falſo ſe Chriſti nõie uenditant, imò ſe prope Chriſtos faciunt, perſonam fortiter detrahere, ſuiſq; pictos coloribus hominibus oſtendere, ne quem à CHRISTO ſeducant. Hæc utiq; non cõueniunt Eraſmo, qui putat ſi hoc ſeculum totum CHRISTVM non recipiat, eſſe aliquid prædicare illum, quatenus licet. Nobis ſane perſuaſum eſt, ut eſt toto corde, tota anima, totis uiribus CHRISTVS amandus, ita nihil eius poſſe diſſimulari. Siq; non totum, & ſermones eius ſingulos confeſſi coram hac mala et adultera natione animoſe fuerimus, nec ipſum agniturum nos coram patre, & angelis eius. Paulus non ſubterfugit, quominus adnunciarit ſuis omne conſilium Dei, quid nos noſtros cælemus? Caput ſanctæ doctrinæ eſt, non eſſe aliud nobis datum ſub cœlo nomen, quo ſeruemur, quàm domini noſtri IESV Chriſti. Atqui nihil fingi poteſt, quod ferat mundus inia

An liceat Chriſtum non totum prædicare

Acto. 20.

quius, ut nihil aliud tyrannide sua deturbat mundi principē potētius. Fidei itaq; in Christum, non fastidio cuiusquā tribui debet, quod Erasmo scripsit Zuinglius. Sicut & illud quod Oecolampadius quædā illius uel pro suggesto, uel in libris suis taxauit. Quare causa non erat, ob quam synceritatē i eo desyderaret. Si mō uerū de seipso scripserit ad Natalem Beddam. Delationibus istis uulgaribus nihil moueor, suspitiones nihil moror, ac ne iniurijs quidem mediocribus & humanis perturbor. Negligo, dissimulo, excuso, suspendo sententiam, donec manifesta prauitas sæpius deprehensa, compellat me dicere, non putaram. Quanto rectius meremus, siue Erasmus, siue alij ea nobiscum agerēt synceritate, qua nos hactenus egimus cū illis. Hāc certe si præstare Eras. uoluisset Ecclesiastis Basilienſibus, haudquaquā scripsisset ad Episcopum Lingonienſem, eos Lutherum, & si à se in negocio Eucharistiæ dissentientē, instigaße, ut quicquid haberet ueneni in ipsum effunderet. Fuerunt enim istic, qui Lutherum hinc dehortati sint, qui impulerit, nemo.

Defend. Pharellus. Quæ iam quæso illa synceritas, in Pharellum bone Christe, quem hominem, quàm innocentem, quàm serio Dei studio ardentē, quo in sacris iudicio, qua grauitate præditū, tam dire & tot in locis debacchari, ac si omniū bipedum sceleratißimus, &

mus, et importunissimus esset? Feruebat initio zelo inconsultiore, putabatq; euestigio submouenda, quæ cum CHRISTO pugnant omnia, non ferebat quenquam non ilico fortissime CHRISTI gloriam propugnare. In eo autem nihil unquam sibi quæsiuit, neminẽ qui uel optasset Christo accedere, damno afficere cupijt. Tantũ cõtra confessos innocentiæ hostes putabat agendum sæuerius. Si iam Paulus non solum condonare, quod se querebant Iudæi extinctũ, paratus erat, sed optabat præterea pro ipsis anathema fieri, propterea quòd uel aliquid zeli in Deũ, & si præposteri haberent, erat omnino, ut in tali CHRISTI discipulo, acto quidem zelo intempestiuo, sed quãto saniore tamẽ, quàm erat ille Iudæorũ, Theologus tantus aliquid boni consuluisset. Id autem Erasmus à se impetrare mansuetudinẽ Christianam adeò passus non est, ut cum hunc, tum nos omnes nunquam digne execrandis notis insignitos, infinitis mendacijs, ipsi de nobis non nisi à perditissimis hominibus suggestis, deturpatos, quantum in ipso est, ut omnium odio, ita & principum ultricibus iris perdendos addicit. Quo sane spectat et illud, quòd eum qui ante biennium ob stuprum Basileæ uirgis publicitus cæsus, & in exilium deductus est, Ecclesiastis eius Ecclesiæ adnumerauit scribens ad Episcopum Leodien-

sem. Cum enim narrasset Oecolampadium, Concionatorem Augustinien-sium, & Franciscanorum duxisse uxores, subiecit, Vnus inter hos erat cœlebs. Mirus hic candor est. Nam tum plus minus quatuor anni erant, quòd nullã hic Basileæ concionem habuerat. Nec alio pertinere hoc quoque uidetur, quod scripsit in eadem Epistola. In pago quodam, cui nomen uetus uicus, Rusticus quidam in diuersorio, dum Eucharistiã irridet, subito exanimatus est. Rem sic actam fuisse testes docuere. Quàm uero secure habet fidem mendacijs ERASMVS, & quàm parui facit in capita bonorũ prouocare, qui ĩ illos furũt plus satis. Testes rei huiusce, Consiliarij Episcopi Argentoraten. hæc testati sunt. Illum quidem, qui perijt rusticum, cum ædituus cui comes erat, in diuersorio pagi, cui nomen Vetus uicus, prolata pyxide uidere uellet, num integri adhuc essent, quos emerat panes illi, qui hostiæ ulgo uocantur, unum superne iacentem & tortuosum accepisse ac dixisse: Scio, illo Sacerdos non utitur, quum planus non sit, fractumq; in morem sacerdotum uorasse, addito, sic solet facere sacerdos. Nec quicquam ei accidisse cum hoc designaret, sicut nec à cauponaria fuisse increpitum. Sed aliquãdiu post, cum interim & alij cõuiuæ aduenissent, quẽ nouit Erasmus esse in nostris diuersorijs morem, & uino iam allato consedissent, accepisse eum

Mendaciũ de rustico, quẽ finxerunt ob cõtemptã Eucharistiam concidisse.

pisse eum poculũ, cum iam Eucharistiæ uel missæ nemo uerbo meminisset, et cum bibisset, reclinasse se in ædituum illum, atq; leniter animam efflasse. Caussam tã subitæ mortis inquirẽtibus ijs qui ad fuerunt, uisum est illũ imprudentẽ aliquid ueneni sumpsisse, quo solebat inũgere falcem fœnisecia, quo expeditius & leuius fœnum resecaret. Huius enĩ globulum in crumena eius repertũ primas pagi, in quo habitauit, exusit. Hæc docuere testes. Etsi res habuisset, ut Erasmus eam descripsit, & uulgo tum iactabatur, decretum erat rustici huius cadauer igni exurere. Nunc aũt nulla alia illud pœna affecerũt, quã q, humandum curarunt extra consecratiĩ ab Epõ cæmiteriũ. Crede nobis Erasme, non sunt oracula quæcunq; uel scribuntur, uel nunciantur subinde à quibusdam uenerabilibus hic & eruditulis, ut sibi uidentur, sacrificis. Quibus cũ nemo, qui adulteros, qui temulentos, qui aleatores, qui obtrectatores uitare uelit, quemadmodum iure exigis à nobis, quicquam debeat habere cõmune.

Sed quid persequor infinita? Non enim una apologia opus foret, si respondere uellemus omnibus, quæ falso de nobis Erasmus per tot Epistolas suas sparsit. Adhanc, qua cum præcipue nobis negociũ est redeamus, si tamen prius refelleri mus adhuc unũ, non tam odiosum bonis, quàm luculentũ mendacium. Vbicunq; regnat Lutheras

niſmus, ita uocat profeßionem Chriſtianiſmi puerioris, ibi eſt bonarũ literarum interitus. Cum tamen nusquam plus ſtudijs deferatur, cum à Magiſtratibus, tum ab Eccleſiaſticis. Quã rara erat academia Vuittenbergenſis ante exortum huius Euãgelij, & quàm paucis ſolide ucl doctis, uel ſtudioſis ornata, quæ nunc tam admirandis, & doctißimorũ & ucre ſtudioſorũ luminib. refulget. Marpurgi ubi modo iuſta & præclariß. ingenijs præcellens ſchola eſt, Islebij, Lignicíæ, Nurnbergæ, Tiguri, Argentorati, Bernæ, in quibus oĩbus locis ſunt, qui linguas & bonas diſciplinas cũ laude & fructu profitentur, quæ obſecro ante receptum Euangelion ratio ſtudiorum? Imò nullũ eſt tam exiguũ opidulum, ſed ne pagus quidẽ, ubi noſtri Euangelij doctrina recepta eſt, in quo non ſimul & literarũ ſtudiũ coli cœperit, cũ id penitus frigeat, ubicũq; regnant Eccleſiaſtici, niſi ubi inſtitutæ ſunt academiæ, quæ tamẽ & ipſe obſolescunt, ubicũq; oĩs illarũ poteſtas eſt penes Eccleſiaſticos. Quòd autẽ perpauci interim literis plene conſecrãtur, antè diximus hinc euenire, quòd tenuiores nequeant liberis ſuis ſumptus ſuppeditare. Et Eccleſiaſtici nihil æque caueant, quàm ne quid in ſtudia impendatur opum Eccleſiaſticarum. Sentiunt enim nihil tam pernitioſum ſuis impoſturis, quàm multos rectis imbui iudicijs.

Nunc tam

Nunc tandem ad noſtram Epiſtolam. Obiicit præterea Apoſtolos, quo magis uacarent Euangelio, aut abſtinuiſſe ab uxoribus, quas ducere licebat, aut legitime ductas uertiſſe in ſorores, nunc florere Euangelion, quo ſacerdotes & monachi contra leges certe humanas, cõtra confeßionem ſuam ducunt uxores. Alibi ſcribit, duo tantum nos quærere, Cenſum & uxorem, Cætera præſtare nobis Euangelium, hoc eſt poteſtatem uiuendi, ut uolumus. Alibi ſuggillat ducere dotatas, & ducere ideo q̃ contra leges ſit. Primum non adeo multos oſtendet Apoſtolos qui ab uxoribus, cũ liceret ducere, abſtinuerint, aut ductas in ſorores uerterint. Et ut multi fuerint, cũ Paulus duobus locis requirat Epiſcopum unius uxoris maritum, & hodie illud uerum ſit, non eſt bonum homini eſſe ſoli, item propter ſtuprum uitandum unuſquiſque habeat ſuam uxorem, tum ipſe Eraſmus fateatur, licuiſſe Apoſtolis uxores ducere, non poterit nobis uitio uerti, q̃ uxores ducimus, uerti poterit, ſi duxerimus non in domino, aut ut falſo impingit Eraſmus, nihil niſi uxorẽ, et cenſum, aut etiam legum contemptum quæſierimus. Certe ſi ſolam uenerem, & opes ſectaremur utrunq; longe benignius contigiſſet in illa Eccleſia catholica, quæ non uni mulieri, nec eidem perpetuo alligat, ſicut nec facultatibus modicis, ſed

Ad Pyrckemerum.

Defenduntur coniugia philoſophi euangel.

tantum utriusq; permittit, quantum quisq; poterit consequi. Poterit autem consequi plurimum, qui literarum umbellam nactus induxerit in animum perfricta fronte ineptus esse. Raram uero sæculi huius æquitatem, nobis dare crimini Honorabile inter omnes connubium, atq; cubile impollutum, & tantis interim uehere laudibus tot Sanctißimos, Reuerendißimos, Reuerendos, Venerabiles, religiosos, quos nemo bonus non deplorat esse scortatores, & adulteros impudentiss. et utinam non essent tot quoq; inter eos ἄρσε νοκοῖται. Sed nobis debent obijci leges humanæ, quæ interdicunt coniugio, quas Paulus tamen, ut superius ostendimus, agnoscit diabolicas. Et profeßio contra Dei uerbum exerrore suscepta, quod item in præcedentibus ostendimus: Istis autem taceri lex Dei, & quam iuxta hanc profeßionē fecerūt Christo, qua nemo certe homo potest soluere. Verum isti dij sunt, ledendi benefaciendiq; potentes, nos dānati dirisq; deuoti, qui nos læserit gratiam etiam init, si non à beatißimis Apostolorum principibus, saltem ab iis, qui horum se iactant uicarios, & augetur meritis, si non apud Deum, certe apud eos, qui præ Deo timentur multis.

Porrò, uult uir humanus hanc nobis licentiam condonare, hoc queritur, non esse nostra connubia

connubia castiora quàm aliorum, quos ducimus pro ethnicis. Addit agnoscere Vulturium, quas hic fabulas possit referre, si libeat. Neq; necesse esse, ut notissima referat. Quasi uero non libuerit permulta referre, quæ cum falsa sint, scire utiq; nequiuit. Vulturius uero nihil talium fabularum agnoscit. Age Erasme doctissime libeat narrare quicquid habueris, nobis ne parcas. Non enim sunt nota nedum notissima, quæ dicis uel à magistratu designata, uel à plebibus. Cæsus est Basileæ uirgis ob adulterium, qui se adnumerauerat Euangelicis, recte factum, merito dedissent pœnas grauiores. Hic easdem pœnas dedit sacrificus, Euan-hostis ob uitiũ puellæ oblatũ nondum uiri potenti. Adulteria quamuis puniantur multo mitius, intolerabile id tamen est sanctissimo ordini, ita ut quidam hac potissimum caussa hinc migrarint, nolentes scilicet dare occasionem nostro magistratui incidendi in Canonem illum. Si quis suadente diabolo. Ante hac sic agebãt quidam existo grege ἱεροδοῦλοι, ut uiderentur palmarium habere, multorum uxores cõstuprasse, nec desyderãtur alicubi qui adhuc foueant concubinas, quas sacri iudices prætextu diuortij suis maritis abiudicatas sibi copularunt. Sed quid relabmur in hoc pe-

lagus, habeat Eraſmus ſuæ eccleſiæ cœlibatus nitorem, nos Chriſtus ꝓb rugam iſtam coniugiorū haud quaquam abīciet.

Monachatum pie excuti antea comprobauimus, ſi qui autem cum cuculla non excuſſerunt uitia monachorum, ut adhuc excutiant exhortamur, ſiq; in illis ſibi obſtinate placeāt, eos noſtro conſortio excludimus. Subit hic nobis mirari de uiro quodam admiraculum uſq; docto, & iudicij acuratißimi, quiq; corruptam eccleſiaſticorum uitam ſibi prorſus improbari haud obſcure hactenus tulit, qui nam factum ſit ut putet nullum monachatu nexum ualidiorem apud piasmentes, religionisq; recte reuerentes & orthodoxæ, ſentiatq; eos qui inde ſeſe eximunt, & per orbem uagantur ut liberi quemadmodū furtum ſui facere, primū Deo, dēide cœnobiarchis & ſodalitijs, ita in eos quàm primū ſæueritatem legum ſacrarum exercendam, quod ni fiat, nihil eſſe cauſſæ tandem, quin ad fugitiuos rerum humanarū ſumma, et arbitrium religionis conſtituendæ peruenturaſint. Nec arbitratur parcendum ijs, qui cæreas ac plumbeas autoritates circūferūt, utpote qui quo cautius, hoc amplius aduerſus huiuſcemodi nexa negocientur. In quam ſententiam ſi diſceſſum pedibus fuerit, futurum erit, ut & Eraſmus per quem liberum, & bonarum literarum, & religionis

Vicula monaſticespicrumpūtur

ligionis ſtudia, tam feliciter culta ſunt, cœnobiarchæ alicui indocto, & parum ſano addicatur, ut dies noctesq; inſumat demurmurãdis horis illis Canonicis, atq; nænijs mortuorum. Nam apud iſtos caput religionis eſt, unumquemq; aliò compellere, quàm quo propendet animus. In eo tamẽ hic uir pie ſentit, neminem tribunitia illa poteſtate poſſe hoc nexu eximi, ſi per illum deo homines monaſticam profeßi, obſtricti ſint. Nos aũt ſuperius oſtendimus, poteſtate Dei tales ſubduci, & ſeruos fieri hominum, ita ut iam contraire iußis Dei oĩo oporteat, & uere furtũ ſui facere domino ſuo, deo. Non enim iã uel magiſtratibus, uel parentibus, alijſue proximis iuxta Dei uerbum licet parere, non ad huius placitũ acceptas ab ipſo facultates diſpenſare, non deniq; eam uiuendi rationem amplecti, qua uere, pure, & ſancte uiuere poſſent, contrà autem neceſſe eſt, pleraq; facere cum in cerimonijs, tum in reliqua uita, quæ gloriæ Chriſti plane aduerſantur. Proinde ſi Deus nobis Dominus eſt, & huius leges pie riteq; exiſtimamus, inficiari non poſſumus, iſtos ſacrarum legum authoritate aſſerendos in libertatem, ſed Chriſti, & ſæuere interim cohercendos, qui nullam bonam frugem adferentes uagantur per orbem, ſæuerius, ac etiam planè tollendos, qui de rebus diuinis atq; humanis ſermocinantur animi

dũtaxat cauſſa, idq; nõ minore licentia, quã Momũ apud ſuperos ludificari priſci fabulati ſunt.

Sic excipioptamus, quodcunq; nouũ monachorum genus exoritur, altero ſceleratius, & quicunq; neminem amant præter ſeſe, nec Deo nec Epiſcopis nec principibus, nec magiſtratibus obtemperant, & dum mammonæ, gulæ, uentri, & inguini ſeruiunt, poſtulant haberi pro Euangelicis, qui deniq; fuerint præfracti, impudentes, fucati, maledici, mendaces, ſycophantæ, inter ſe diſcordes, nulli commodi, omnibus incommodi, ſeditioſi, furioſi, rabulæ, tantum abeſt, ut ſodalitati noſtræ Euãgelicæ tales adſcribamus. Quò circa graui Chriſtum ſeruatorem contumelia Eraſmus affecit, qui auſus eſt ſcribere, huiuſmodi portenta gigni à nouo quod nos prædicamus Euangelio, quod indubitato Chriſti eſt, & admodum ingratum ſe hoſpitem præſtitit, qui id de Baſilea ſcribere in animum induxit. Sic enim habent uerba eius Baſileæ agentis. Hic nobis hoc nouum Euangelion gignit nouum hominũ genus, præfractos, impudentes &c. quæ mõ citauimus. Quibus ſubiecit, qui mihi adeo diſplicet, ut ſi quã noſſem ciuitatem ab hoc genere liberam, eò demigrarẽ. Quo tamẽ dicto imprudens uerũ cõfeſſus eſt, nẽpe huiuſmodi peſtes nuſquã abeſſe, etiã ubi de euãgelio noſtro ne muſſare quidẽ licet, ac ideo eos nequaquam à nouo Euangelio noſtro, ſed ſa-

Vt deteſtẽtur philoeuãgel. ſceleroſos.

In epiſtola ad ſtromerum.

tana gigni, qui hæc scilicet scandala, interserit tritico domini. Nam facile urbem inueniat, ubi omnes nostrum Euangeliũ insectentur, amplectatur nemo, multo minus quisquã adserat. O inconsultam iram & temerariam, ὦ φιλαυτίαν. Aliã decebat theologum habere rationem eorum, qui Christo nomen dederunt, quàm ut ijs criminibus peteret illos tam dire, quæ ut in paucis certe qui illis admixti sunt, ita in oĩbus propemodũ, q ipsos persequũtur, hærent. Sed nequit sui dißimilis esse mũdus, qui cũ patris & filij odio flagret, non potest non insectari qui filio se dediderunt & patri.

Aeque uero aliena à nobis sunt & quæ sequuntur, nimirum præferre Lutherum magistrum, & in primis tamen negligere, quod is præcipue docet & inculcat, fidẽ nimirũ per dilectionẽ efficacem. Neq; enim Lutherũ magistrũ nostrũ, sed magistri nostri unici & cœlestis Christi administrũ agnoscimus, tum fidẽ quæ se bonis operibus proferat, nos quoq; et docẽus, et præstare damus operã, nec quenquã prudẽtes nostro sodalitio adiungimus, q fidẽ iactet, bonis operibus destitutã, q carnis opera exhibeat, nullũ uestigiũ spiritus, q deniq; hoc Lutheranæ doctrinæ caput, fidẽ in primis quærendã, non pili facit, quæ oĩa tamẽ Erasmus nobis quoq; impingere uidetur. Fide iustus uiuit, uiuam igitur & ipsam esse oportet, hoc est, bonorum operum fœcundam, non mortuam,

Quam doceant fidẽ.

Effectus argui causam
Quicquid est causatum prius fuit in causa formaliter
vel eminenter.

horum sterilem. Cum itaq; hanc fidem non minus nos, quã Lutherus, præcipue doceamus et inculcemus, id quod testabũtur, quicunq; nos audiunt, aut nostra legunt, debuerat merito in utrosq; mitius scribere, tantus Theologiæ, & quidem puritoris adsertor. Mirum etiam qui faciat Lutherũ Atæ similem, omnia turbantis, cum testetur hic id præcipue docere eum et inculcare unde omnia ita componuntur, & tranquilla imò felicia redduntur, ut nulla re alia, quæ quidem posset administrari per hominẽ, efficacius. Nequit enim hæc fidei doctrina, ubicunq; tradatur, suos desydere discipulos, quosq; nacta fuerit, non omnibus uirtutum ornamentis decorare. Vt igitur præter hanc fidei inculcationem improbanda hic uir docuerit, non erat tamen propterea Atæ aßimilãdus, cuius doctrinæ caput, & ĩ quod præcipue incũbit eiusmodi est, ut restituat turbata, nõ turbet restituẽda. Illud miror cur scribat, Sit hoc disputabile, utrũ bona opera gignant fidẽ, an fides pariat bona opera, an bona opera iustificent, necne. Fide certe qui destitutus est, caret & spiritu Dei, cuius fructus sunt bona opera. Vt igitur huiusmodi uere bonis operibus studere non potest, ita impoßibile quoq; est, ut fidem illis mereatur, aut iustificetur. Fidem autem agnoscimus certam illam factam diuino spiritu persuasionem, Deum esse,

esse, & esse remuneratorem quærẽtibus se, etiam si quis interim pleraq; Dei, et CHRISTI alia nondũ assecutus sit. Hac utiq; fide, non minus Cornelius ille, cuius eleemosynas & preces Deus susceperat, et similes præditi fuerunt, quàm Enoch quẽ transtulit. Placuerunt enim & ipsi Deo, et sine fide fieri non potest, ut quis illi placeat: Heb. 11. Hac certa, solida, uiua, & per charitatem ad oĩa bona opera efficaci fide, tranquillas reddi conscientias nos docemus, & qui aliam iactant, eos detestamur. Nõ est igitur, quod uereatur Erasmus, ne sub isto nomine quod nos quidem profitemur, multi oriantur pagani, qui quo magis liberi sint, nec cœlum credãt esse, nec inferos, nec animos à morte corporis supereſſe. Nostras Ecclesias nunquã est ingressus, colloquia nostra perraro admisit, nostrum cõuictum semper fugit, unde Christiano dignius erat in eo perseuerare, quod de se rescribit ad Oecolampadiũ, hoc est, nihil de nobis pronunciare, relinquere nos Domino cui stamus aut cadimus, quàm inique & peruerse adeo nos eiusmodi facere, de quibus uereri cõueniat, planè nihil credere, nulla prorsus religione teneri. Quàm non uenit ei in mentẽ, cum hæc in nos scriberet, ut se usserit quod Lutherus quasdam cius sentẽtias Epicureæ atq; Lucianicæ impietati affines fecit. Romæ fuit Cardinalibus familiaris,

uixit in Italia, ubi agunt illi, quorum cauſſa o portuit in concilio Lateranenſi definire, animam hominis eſſe immortalem. Noſtrum tam multi ſan guine teſtati ſunt, credi ſibi cœlum, idem de nobis teſtamur & nos, qui in tantum diſcrimen uitam quoque adduximus, cum nihil adhuc negauiſſet mundus, uel opum, uel dignitatis, uel uoluptatum, imò plerisque ex nobis non ſemel quàmplu rimum huius ultrò obtuliſſet. Quid autem cre dant Eccleſiaſtici uiuentes tam perdite, & ſuis adeò dogmatis, & cerimonijs nihil fidentes, ut tu multuantibus agricolis, haud pauci inter eos, an tequam ſuſtinerent dominatum, & prouentus ali quot relinquere, imò non relinquere, ſed tantum ad tempus de eis periclitari, abiurarint ſemel o mnia, uiderint ipſi. Noſtras conſcientias ſic glo riamur liberatas, quod certi ſumus fore benefi cio Chriſti ut olim peccatis in totum liberemur, dum aũ tiſta adhuc hærent plus nimio tenaciter, nunquã non iudicium Domini expaueſcimus, pre cantes in ſingula momẽta, ne intres in iudiciũ cum ſeruo tuo Domine, Scimus nos ingentem & uere cœleſtem Euangelij theſaurum, in uaſis geſtare fictilibus, unde cum timore & tremore uerſan dũ nobis agnoſcimus. Quo minus cauſſæ Eraſmo fuit, nobis tantã tribuere impietatem, ut qui lude re facetijs, præſtigijs, ludibrijs, et in ſyncera cõ

ſcientia

scientia sacrosanctum Euangelij negocium agere in animũ induxerimus. Antea demonstrauimus Christianorum esse, uere scripta quicunq; illa ediderit pro astruenda ueritate adducere, & quacunq; liceat ratione, illam commendabilem reddere. Istuc fratribus quibusdam, qui eius & aliorum sententias adstabiliendam ueritatem, siue de Eucharistia, siue alijs de reb. suis scriptis ĩseruerũt, propositũ fuit, nihil uero ludere, nihil agere petulãter, nemini oculos præstringere, nullis malis artibus crucis gloriã attribuere, neminẽ grauatum inuidia, plus etiã grauare, nullius famam obtrectare, nullum quoq; principũ irritare. Accipiat ea Erasmus, & interpretetur ut uelit, & purgãdo famam suam grauet caussam nostram, quãtum libuerit. Expectamus utriq; iudicem, cui nec ipse, nec nos uerba dabimus.

Fatemur, obfuit Lutherus caußæ non solũ initio, sed & modo bonæ, scribendo, dicendoq́; odiosius, in quo & nos pleriq; peccauimus, illum præpostere imitati, nihilominus nouit Deus qui sint sui, quosq́; prædestinauerit, hos quoq; cũ uisum fuerit, uocabit, & sanctificabit, ueniamq́; dabit nobis, qui tam infandis ipsius offensi contumelijs, nostrum decorũ non satis fortiter sumus tuiti. Quam autem agat Liten Melanchthon, ipse uiderit, nos scimus nostrum esse, innocentia, in-

Intempestiua acerbitas displicet.

corruptis moribus, malorumq; infracta tolerantia, mitigandos esse eos, qui sanabiles cum sint, iis tamen offenduntur, quæ ex sententia gerimus CHRISTI, non cerimonijs & ritibus huius gloriam obscurantibus, aut quippiam dissimulando, quod ille etiam è tectis iussit ebuccinari. Non autẽ hoc scribimus, quod Philippum preuaricationis insimulandi sit animus, ipsi forsan probe constat sui consilij ratio, tantum quæ nos teneat religio, testamur. Mores Euangelio indignos detestamur, ut nemo magis, siue illos in nobis ipsis, siue in alijs deprehenderimus, qualibus autem cunq; Dominus dederit præditis esse, spes est illis haudquaquam euertendum negocium quod gerimus, cum illud euersum non fuerit olim, curantibus Ecclesias adhuc Apostolis. Nam nec tum quidem deerant Christianis sui morbi, ijsq; prorsus non contemnendi. Vtcunq; autem in multis labamur, nullam tamen adhuc dedimus Erasmo, dignã quidem Theologo, caussam, ut à toto hoc negocio alienaretur, quod tamen nihil mirabamur uideri multis impiũ, cum de CHRISTO ipso Iudæorũ sanctissimi impietatis nomine sumpserint supplicium. Quis enim nesciat, quos laudibus & quàm benignis uehat, non solum toleret, eosq; tam ex postrema, quàm prima Ecclesiastu eorum classe? Sed portabit quisq; suum onus. Per

quàm cru-

quàm crudele uero, & in Seruatorem nostrũ sic regnantẽ in multis plusquàm iniurium illud est. Ad bonos uerte oculos, quasi uero etiam inter nos optimi eiusmodi sint, ut hinc apareat totũ negocium nostrũ conscelcratum esse, omniq; bono uiro summopere fugiendũ. Istuc aũt uere scribis Erasme, tuam esse infelicitatem, tibi adhuc nemi nem contigisse noße, qui non uideatur scipso factus deterior. Vere enim infelicitas est, & profecto non parum horrenda, uideri tibi deteriores scipsis factos, qui cum ante partim sanguine innocentum, partim superstitiosis cerimonijs, partim alijs indignis Christianis quæstibus summo in luxu uiuerent, nunc suo uictitant sudore quàm frugalißime, qui cum antea stupris & adulterijs inquinati perirent, nunc spiritu & corpore sanctos se CHRISTO, honorabile inter omnes connubium amplexi, præstare student, qui deniq; cũ antea sui ipsorum tantũ rationem haberent, et parũ uirile arbitrarentur, cuiquã inultam iniuriã remittere, nunc se & sua omnia usibus fratrũ exponunt, etiam sanguinẽ pro CHRISTO, fundere parati. Quot enim millia sunt, de quibus hæc uere testamur. Sed ignoras forsan, quid uiuant tot Respub. tot amplæ regiones, qui in uerba CHRISTI iurarunt. At habes quos inter amicos haud postremos ante numerasti, Oeco-

Præcipua cõtumelia Christi.

lampadium, Capitonem, Zuinglium, Hedionem & plerosq; alios, in quo iam isti obsecro degenerarunt? Nihil certè proferes, nisi quod cum antea liberiores, & maiore cum fauore mundi in literarum studijs uersarentur, nunc Christum serio professi, omnium malorum, & eorum quoq; quos ex bonis hi demētant odijs, obnoxij sunt, et in supremo rerum & uitæ discrimine uersantur. Nam si eo quisq; melior est, quo pluribus est commodo, & ad salutē inseruit, sunt scipsis hi non paulò facti meliores, nequaquā deteriores. Horum iā possumus multos tibi proferre adsimiles, cum tu nō adeo multos demonstrabis, qui uere seipsos uicerint malitia. Nā quæ tu pleraq; tragice exaggeras, aut falsa sunt, aut ex officio Christianorū.

Collatio negocij Euangelici cum Apostolico.

Arduū esse quod profitemur, agnoscimus, Apostolorum autem negocio durius non est, quia idē, secus esse nunquā demonstrabis, tam abest ut demonstraueris. Vaticinia non pauca subleuant, miracula nemo iure requiret, uita multorum doctrinam commendat, si ea bonis digna uita habeatur, quam uixit, & præscripsit CHRISTVS, liberam his obseruatiunculis, quæ cōmenti homines sunt in præiudicium ueritatis Euangelicæ. In improborum conspiratione, in seditiosis tumultibus, in armis, in fucis, ac technis fiduciam reponunt pleriq; pontificij, nos tollat è uiuis CHRISTVS,

STVS, quàm primum tale quid cogitauerimus. Cœleſte erat quod docebant Apoſtoli, idem docemus nos, plauſibile erat bonis, ſed à patre ad Chriſtum tractis, eisdē nec noſtra diſplicēt, à reliquis refcrebāt Apoſtoli ſuppliciū, candē gratiā repēdunt & nobis, qui eodē quo illi ſpū aguntur. Narrabāt Apoſtoli quæ uiderāt, audierāt, quæq; multis modis & figuris erant adūbrata, & prophetarū oraculis prædicta, nos nulla alia quā quæ hi docuerunt, reuocare laboramus. Magnus erat illis in prædicando conſenſus, nec deeſt idem nobis, quantū attinet ad ſumma, in quibus ſolis quoq; cōueniebat illis, de quo iam ſuperius diximus, ut & de eo quòd miracula ſuo tantum tempori ſeruierunt. Spiritum etſi non tam ignicum, non tamen omnino frigidum eſſe nobis, uel illud probat, quod ſic datū eſt Deum inuocare patrē, ut hac cauſſa nihil noſtrū non in ſupremū periculum adduxerimus, & cū ſartis tectis eſſe nondū contigerit, enimtimur ut carnē tandē uincat ſpūs. Nihil gerebant ui, eandem habemus & à nobis alienā, quamlibet nos uocare Phalarides Eraſmus ſibi permiſerit, ſcribens ad ducem Saxoniæ Georgium. Vtebantur gladio ſpiritus, nec nos alio pugnamus, qui uerbi miniſterio fungimur. Magiſtratui gerendum eſt, quod mandauit DEVS, ſed nc hi qui edem quenquā immeritum in exilium egerunt, aut

facultates cuiusquã inuaserunt, ut eos etiam Ecclesiastici hoc nomine præferant, plerisq; principibus inter Catholicæ Ecclesiæ defensores notæ primariæ. Ne gentium quidem idola frangebant publica, quia publica potestate nulli pollebant, ijsdem nec nos, qui Euangelij administri sumus, manus admouemus. Sicut autẽ illi, si Respub. sitotæ prouinciæ si regna Christo accessissent, nequaquã aliud ijs qui Magistratu fungebãtur præceptu ri fuissent, quàm ut id quod ipsi docebant, ab idolorum cultu fugiendũ, illi autoritate sua confirmassent, ita uero docemus & nos. Cum enĩ docuerunt Magistratus esse, mala tollere, haudquaquã permisissent illum quicunq; ipsos audire sustinuisset, ferre, quæ tantopere execratur omnis scriptura. Illud mirãur, cur Erasmus scripserit, Ne gentium quidẽ idola, quasi uero Christiani illorum tẽpore habuerint idola, cũ ipse in hac Epistola scribat seculis aliquot abominabile fuisse in templis Christianorum uideri pictam aut sculptam imaginem. Et Epiphanius testetur, CHRISTI quoq; imaginẽ pendere in Ecclesia, esse contra religionem nostrã, & scripturarum authoritatem. Non loquebantur aliud apud suos, aliud in tormẽtis, eandem constantiã & ueritatem quàm plurimi iam & ex nobis præstiterunt. Confirmata est illorũ doctrina tot martyrũ mortibus, nec

defuerunt

defucrunt hæ nobis. Sic cum doctrina apoſtolica habuerit, totq; rebus eſſet cõmendata, paulatim tamen & ſenſim occupauit orbem, idem uſu uenit & nobis, quanquã Pauli adhuc tempore fructificarit iam Euangelion apud omnem creaturã ſub cælo. Quod ſcribit nos poſtulare, ut intra nouem annos mundus aſpernetur, quod ante annos mille à maioribus traditum eſt, & in noſtra dogmata pedibus eat ac manibus, nulla harum rerum quas recenſuit, commendatos, oſtendimus ſuperius pro ſua libertate falſum ſcripſiſſe. Nam in hoc toti ſumus, ut in doctrinam apoſtolicam, quæ tradita eſt ante annos mille quadringentos mundus toto pectore conſpiret, in idem apoſtolici incumbebant, ut uideri potuerint uelle huc illum uno anno pertrahere. Vt odioſius eſt quod ſequitur, ita et impudentiore calumnia confictũ, ſed idem ſuperius quoq; reiecimus. Nobis enĩ ſponſus eccleſiæ non ſtertit. Videat ipſe, quam credat uigilare ſibi, cuius ſacroſanctum Euangelion tantis mendatijs infamat. Sed nec ſponſam Chriſti unquam diximus coluiſſe laruas & idola, quæ ſponſum unum colit et deperit. Negat ſe poſt hæc uelle collationem perſequi, iubet conferre Nouiomagũ, ſimulq; iudicare, num æquum ſit, quod ab ipſis flagitemus, & num noſtræ ſaluti conſultum ſit, dum iſta ſequimur. Nos puram putam

Christi doctrinã sectamur, et si non tam feliciter quàm uellemus, nec aliud à quoquã, quam ut eandem recipiat, flagitamus. Iam qua re alia, uel nostræ uel aliorũ saluti consulamus? Iubet deinceps si nos offendunt uitia Christianorũ, ostendere ipsis specimen ecclesiæ nostræ, quæ non habeat maculam, neq; rugam. His liberã ecclesiã suam christus exhibebit, non nos, & id in illo die cum regnũ tradet deo & patri. Quod aũt specimen nos exhibeamus, superius exposuimus. Nec, ut dogmatis & ritibus quibusdã illius ecclesiæ catholicæ, uale dixerimus, in causſa sunt, q, adeo nos offenderent uitia christianorũ, sed manifestæ in his Christi contumeliæ, & nefariæ impostura, quibus Christo destinatam plebem ludificantur ij, qui ut in ecclesia sibi primas uendicant cathedras, ita nihil minus sunt quàm Christiani. Quod copiose satis in precedentibus testati sumus. Illud uero belle subijcit, Quod si nostra scelera commeruerunt irã Domini, solet ille per pharaones, Antiochos, Cyros & Nabuchodonozoros punire suos, non per uiros Euangelicos. Ipsi nos nullo non pœnarum genere persequuntnr, cottidie bonorum rapinis, uinculis, exilio totq; mortis generibus in nos sæuiunt, & nos scilicet sumus illorum pharaones, & Nabuchodonozores, per quos puniantur diuinitus? Profer uel unum, cui terue-

tius

tius à nostris ademptus sit, eo quod diuersam religionem sequatur, at quot uos ferro, aqua, igni hoc corporis ergastulo solutos transmisistis ad Christũ qbus nec ipsi aliud impegistis, quã q fuerint hæretici, hoc est, adseruerint salutẽ à sacro Christi peracto in cruce, potius quã à mißis perditißimorũ hoĩm esse petendã. Nam si qui nestrũ à manifestis cohercentur sceleribus, & meritas adulterij, stupri, aliorumq; flagitiorũ pœnas persoluunt, ipse agnoscis, non esse Israëlitis aßimilandos inique preßis à pharaone, & huius fariæ tyrannis. Addidit, quid nobis polliceamur se nescire, & sibi rerũ proœmia progressus, & oĩa signa, nihil aliud promittere quã calãitosum exitum, nec nobis tantũ, tristem. Pollicemur nobis eras me id quod predixit christus, mũdũ nos haud accepturũ aliter, quã acceepit ipsum, eoq; & nos odio habiturũ, direq; persecuturũ, tum aũt, cum ille oĩbus actus furijs nos trucidarit, uiam expediturũ in uerã uitam. Hic exitus nulli poterit esse calamitosus, uel tristis, cui Christus agnoscitur deus. Si alij irruentes in saxũ scãdali Christũ, collidãtur, et effecerint, ut idẽ cadens tandẽ in ipsos, penitus eos cõmiuuat, debebũt id suæ tribuere obstinatæ impietati, nõ ei, quod solidã nos pietatẽ, cui indiuidua comes est certa felicitas, cõmẽdare oĩbus studemus. Facile est hic uatem præstare, cũ tam disertis adeo uerbis ubiq; scriptura prædi-

cet, eos qui pie uolunt uiuere, in mundo passuros persecutionem, iudiciumq; dei solere à sua domo incipere, at sic, ut æternũ præmat exteros. Qui huiusmodi olim fuerunt indicibilibus sanè malis seipsos ueritatis insectatione implicuerunt. Ex his itaq; præteritis, non paucis ac ijsdemq; clarißimis DEI ultionibus quibus hac etiam tempestate in istiusmodi Christi hostes desæuitum uidimus, uelparum solers nullo negocio conijciat, nihil nisi perniciem, & exterminium sibi ipsis cõscisceres, quicunq; obfirmatis adeo animis Christi Euangelion oppugnare perrexerint.

Redit ad cõtentionẽ

Dixerat iam se nolle amplius persequi collationem, sed fatalis quidam ut uidetur ardor nos faciendi omnibus quàm inuisißimos, rursus in eã pertraxit. Scribit itaq; Euangelicam pietatem à minimis initijs paulatim creuisse in maius, ac melius, & optimum quenq; se illi adiunxisse, nostrã autem doctrinam ferè leuißimum quenq; amplectí. At nec magnis, quæ nos quoq; profitemur initijs orta sunt, sic autem creuerunt, ut Erasmus alicubi scribat, exisse potestatem hominum. Amplectuntur autem ea quibus datum est seipsos abnegare penitus, & unum Christum agnoscere seruatorem, si isti leuißimi habentur Erasmo, consolatur quod idem & de ijs qui Apostolorum doctrinæ nomen dabant, olim mundus censuerit, eo

quod

quod non soleat Deus multos uocare sapientes se cundum carnem, non multos potentes, nõ multos claro genere natos, uerũ quæ stulta sunt, secũdũ mundũ, quanquã ut declaret se seruatorem oĩm etex his quoq;, cũ olim, tum hac tẽpestate aliquot deligat. Ad hæc si recte iudicabis, haud dices leuiß. decus illud Germaniæ, qut nullus alius, boni principis munus implet, Principem Hessorum, Electorem Saxonum, aliosq; aliquot lumina ordinis equestris, tot grauiß. Rerumpub. Senatores, tot deniq; alios eruditione & pietate suspicendos uiros, imò nulli sunt, qui se graues, bonosq; uiros uita probant, quibus si modo contigerit de causſa nostra cognoscere, nostrum Euangelium non arrideat, eiq; sese addicant. Sunt quidem quos nemo bonos & graues neget, quibus uostra nondum probantur, sed his nondum etiam datum est, ea penitus cognoscere Quanquam sic quoq; Gamalieles se potius, quàm Caiaphas in nos exhibent. Cæterũ superius adduximus, & olim Christianos doctis et præcellentibus uiris haud aliter habitos fuisse, quã hic de nobis scribit Erasmus. Subijcit, ad Romanos Pontifices, cæterosq; præsules sero repsisse opum amorem, delitias & dominandi libidinem, nos statim regnare uelle, statim ditescere, de delitijs nihil inquit, attinet dicere, Egregium uero regnũ quod nobis quærimus,

raræ diuitiæ, insolentes delitiæ, laboribus legendi, scribendi, docendi, hortandi, monendi, tantũ non immori, & pro ijs summa ualetudinis iactura exantlatis, inauditis cruciatibus destinaria principibus, ab ijs qui principum gratiæ seruiũt, linguarum & styli spiculis confodi, ab ijs quoq; qui in tritico Domini zizania sunt, & nostri putantur, uarijs modis lacerari & proscindi, ab imperitioribus deniq; inter eos quoq; qui Domini sunt, inique iudicari, postremo non habere unde uel libros pares huic sacræ functioni necessarios, sic obrui ab egentibus, ut non supersit unde uestem emas, uxori & liberis pro Christiana frugalitate prospicias, imò ut plerũq; etiã cogaris conflare æs alienum. Nemo ferat inique nos ea causſa uerũ hic testari, qua suas ipse laudes Paul. celebrauit. Zuingliũ insignẽ illũ Euãgeliſtã dũ Euãgeliũ Christi studeret incredibilibus uigiliis, et laboribus promotũ, & cuiq; egenti manum supraui resporrigeret, ita obærari contigerat, ut iam soluendo non esſet, si etiam omnium quæ habebat auctionem feciſſet, ita ut tandẽ Senatus melius perpenſo illo Christi dicto, dignus est operarius cibo suo, æs illud alienum diſſoluerit, et quo, ut decet Episcopũ, hospitalis esſe posſet, liberalius ei prospexerit. Quantulũ tamẽ illud sit, omne expendit in usus Domini, seruat nihil. Ita et Oecolampadius

Quod recgnũ quas opes habeant Ecclesiaſtæ philocuangel.

Iampadius ſuis ſtipendiis aliquot annos Baſileæ Euangelion annunciauit, idem ſemper fecerunt, & hodie faciunt duo eccleſiaſtæ præcipui Eccleſiæ Conſtantienſis Ambroſius Blaurerus & Iohannes Zuuickius. Sunt & inter nos qui non contemnendam pecuniã pro Euangelio inſumpſerũt, qui ex Euãgelio quicquã collegerit, nemo. Nam parrochis dantur in ſingulas ſeptimanas floreni tres, è quibus & ipſi & Diaconi uiuant, cum uxoribus & liberis, tum etiam æduituis mercedem numerent, quo onere duo duntaxat liberi ſunt. Hæ ſunt diuitiæ noſtræ, hoc regnum, hæ delitiæ. Iam nouit ERASMVS quæ nonnullis inter nos, ſi CHRISTI gloriam potuiſſent muſſare, ad opes certe non uulgares, uia patuerit. Oblata enim Zuuinglio & aliis quibuſdam ex noſtris ſunt, quæ quamlibet auarum ſatiare potuiſſent. Dolendum profecto cum ERASMVS ſactis ſciat noſtrum inſtitutum ſic eſſe, ut non ſolum nullas quærere opes, aut delitias uideri poſſimus, ſed & deuotis animis huc properare, ut & uitæ iacturam faciamus, tum non ignoret, quem opum & delitiarum fundum, reliquerint plerique noſtrum, tamen impingere eũ nobis, regni opumq; deſyderium & ſtudium. Eadem certe ratione dicet illum applauſus ſectari populi, ſe ſe cupere ferri in omniũ oculis, qui è medio rerũ

actu, ipsoq; foro se abijciat in solitudinem, nec ullos admittat hominum congressus.

Ordines monachorum, uelut Aeginam dedisse aliquot initio bonos, non imus inficias. Nostre autem primitiæ eiusmodi non sunt, ut te iure illarum pudeat, nisi pudeat eorum, qui malunt se & sua in præsens discrimen in hoc seculo adducere, quàm negare Christum, & sic uiuunt, ut nemo negare possit ipsis Christi philosophiam esse cordi. Hactenus non adeo inauspicata sunt nostra primordia, at si quis præsentia spectet, uideri possunt planè inauspicatißima, sed sic erant & primordia apostolica. Hæc breuiter, & ut multæ impulerũt causſæ, tumultuãter, respõdere libuit ad ea, quibus Erasmus probare conatus est nostrum negocium ab apostolico diuersum, eoq; non difficilius solum, sed & tale esse, cuius oporteat exitum fore non nobis tantum tristem.

Tertia pars accusatiõis, per nos auctã tyrãnidem malorum Pont.

Iam responsuri ad tertiam criminationis eius partem, qua sic inauspicatũ fecit nostrum Euangelium, ut cum libertatem aliquam polliceatur, tyrãnidis iugũ duplicarit, dabimus operã adhuc esse breuiores. Primum ergo de nobis queritur q, conati simus demoliri Pontificum, Episcoporũ ac monachorum tyrannidem, quod per illos nõ liceret uesci quibuslibet, nec uestiri quomodo libet, cum hanc libertatem licuerit minimo facileq;

leçs parare. At nos nihil aliud in uotis habuimus, quàm prædicare & cuehere quãtum id nostrum esse quiuit, regnum CHRISTI, & demoliri tyrannidem Satanæ, & si per Pontifices & Episcopos eorũ nobis facta esset libertas, quæ CHRISTVS à nobis requirit, quàm facile toleraſſemus, certis uti ciborum et ueſtium generibus. Sed quã decet proceres Eccleſiæ Catholicæ uel hæc etiam tyrãnis. Tum ut est illud ſordidum, ne quid grauius dicam, quod eorum, quibus inique interdicunt, iniquius facultatem uendunt. Ad huiusmodi regnum nos nondum adſpiramus, utcunque nostri Eraſmum pudeat.

Deindc ſcribit per nos datam contemptis antea Theologis ac Monachis magnam tyrãnidem excutiendi facultatibus, ſi quibus male uelint, conijciendi in uincula, deniq; exurendi, quod iam experti ſunt complures, nemo non metuit. Egregios uero Monachos mundo mortuos, præclaros & plane cœleſtibus præditos animis Theologos, qui ſunt tam ſæui, tam ſitibundi ſanguinis innoxij. Eequi non pudet te horum Eraſme, non alienant te ab iſtis Eccleſiæ Catholicæ defenſoribus tanta feritas, crudelitas, truculentia? Vere enim ſcribis hanc expertos complures, & neminẽ non metuere, nec ob aliam cauſſam, quàm quòd illi non bene uelint, qui tam ſunt mali, ut nulli poſſint

Non eſt imputandum Philocuangelicis auctarabies Papiſtarũ.

bene uelle, nisi sui similibus, hoc est pessimis. Nobis autem, quando ut superius memorauimus, nihil istis non detulerimus, modo permitterent esse dicto audientes CHRISTO, paterentur docere pure, quæ ille mandauit, horum incensa ferocia, & auctus furor tã non debet imputari, quàm non erat imputandum Mosi, quòd Pharao audistis, quæ iussu Dei hic monuerat, atrocius in populum sæuiret, & CHRISTO, quòd uerbis eius inflammati phariſæi, maiore contra Euangelion rabie ferrentur. Antea monuimùs sic esse ingeniũ eorum, qui ex Deo nati non sunt, ut quo propius ipsis ueritatem admoueris, hoc facias furere impotentius, occæcatis magis & magis eorum oculis, obturatis auribus, corde incrassato, ut est apud uatem Iesaiam. Qui autẽ liceret in horũ gratiam filijs Dei uitæ pabulum non præbere in tempore, eos qui se promos Dei profitentur, hoc est, filios diaboli præferre Deo. Nam utcunq; hoc æstro perciti, nihil non tentent in quoslibet Christi studioſos, non plus tamen permittet illis in nos optimus pater, quàm sit è re nostra, quã sit saluti. Et ipsi in Deo sunt, mouẽtur, uiuunt. Nullã igitur uel cogitatiunculã in nos malã concipient nõ ita uolẽte, eo qui sic nos dilexit, ut filiũ pro nobis daderit in mortẽ. Quod uero suas illi interim augẽt blaſphemias, & ne mutire de ueritate permittũt,

ijs in quos

ijs, in quos potestatem habent, omnemq; Christianis auferunt libertatem, adeo ut pro hæretico trahatur in carcerẽ, et de capite periclitetur, qui uel ualetudĩe coactus gustarit ouũ in quadragesima, nec liceat quenquã monachorũ uel Theologorũ uerbo lacessere, oporteatq; bonos intra paucas se ciuitates continere, adeo his stratagematis renascenti Euangelio uiam non intercludent, nec diligentibus Deum incõmodabunt, ut illius ipsi cursum etiam accelerent, & horum salutem promoueant, sibi nihil aliud referẽtes, quàm q; sic impietatis suæ modũ interim complẽt, ultionemq; Dei in se accelerãt. Non licere conspuere monachos & Theologos, nec tutos esse consecratione à rigore profani iuris, facilis iactura est, Christiani siquidem est neminem conspuere, sed adhortari ad meliora, & huius contemptores demonstrare à grege CHRISTI uitandos, si quidam præterea lædãt Rempub, gestat non frustra gladium Magistratus. Consecrationẽ quoq; aliam ignoramus, quàm quæ cõstat spiritu Christi, hac q̃ui pollet, tutus erit apud bonos, ab alijs torqueri, cedi, suspendi, decollari, exuri, lũcrum est ijs, qui CHRISTO uere credunt, ita beneficium est moriturũ ludibrio illo regradationis nihil uexari, satis degradatur, cui adimitur uita, nisi forte ualeat ista consecratio & apud ma-

nes, & ut ualeat, indelibilis tamen character est, quicquid conetur degradator.

Sed faceßant ioci in re tam seria, ubi agitur de tortura, cedéq; innoxiorum, & de illorum tyrannide, qui totis in hoc sunt uiribus, ut pereat & aboleatur quicquid uspiã est recti iudicij, et pietatis, qui si obtineant, inuecturi sunt semel exterminium bonorum omniũ. Tales autẽ cum sint isti, non homines, sed truculentißimæ beluæ, quas etiam prædicata CHRISTI ueritas exasperat, & in furorem agit, & damnandum adeo putet Erasmus, quòd hos intempestiua, ut ipsi uidetur, ueritatis prædicatione armauerimus, & tyrannide auxerimus, iure miramur, cur ipse tanto hõrum conatus studio iuuare in animum induxerit. Solis nanque nos contra mendacijs isti nituntur, et pugnant, & ijs potißimum, quæ hac in nos Epistola Erasmus euomuit, suaq; cum authoritate confirmare, tum eloquentia cõmendare studuit. Vere enim, illorũ gladios acuit, et ueneno iacula tinxit, quibus non nos solũ, qui uidemur in ueritatis asseueratione liberiores, sed quoscunq; senserint aliquo recti iudicio ueritatisq; studio esse præditos, perdant, extinguant, aboleant. Nam id etiam iactant, se ubi nos confecerint, & Erasmũ, & quicqd uspiã est de pietate, déq; literis recte sentientium, non adorturos tantum, sed etiam penitus des-

Erasmus malos pontificios armat.

nitus deleturos, quem certe animũ in ucxato tam dire, & ob rem adeo nihili Capnione, bonc Deus, quàm insigniter merito de bonis studijs, maxime autem de sacris uiro, abunde demonstrarunt, & demonstrant hodie, cum tam intolerabiliter insolescant, nondũ uictoria potiti, tantũ quod effecerint principes aliquot in bonorum capita sæuire, ac inde non nos solum, sed & Erasmũ ac multos alios optimos uiros compellant se intra paucas urbes uelut obsessos continere. Vtri iam optime Erasme rectius dicetur istos armare, nos prædicamus quidem quæ in rabiem eos agunt, tu autem subministras eis illa ipsa arma, quibus iam rabidi, & nos, & te, & apud quoscunq; uel micam recti iudicij deprehenderint, disperdant, nẽpe immania illa falsò de nobis cõficta mẽdacia, quibus sic per te ueri similibus factis, et à quàmpluribus pro ueris receptis, totũ orbem in nos primũ, inde in oẽs quibuscunq; generosior et magis pia mens est, quàm ut ipsos queant adorare præ Christo, hoc facilius concitabunt, & ĩmittent. Quàm bel le uero habebunt res Ecclesiæ Catholicæ, isti usmodi propugnatoribus permissæ, Et quàm digni, pro quibus Erasmus contra nos pugnet tam

Quomodo Regnum Pontificis nos excutere (sæuus. excussum non nisi quatenus CHRISTI regno aduersa regnum tur, propositũ fuit, id gratia CHRISTO, qui Papæ.

ſolus uere liberat, ſic certe in multorũ animis uerbo Euãgelij deiecimus, ut plurimi iam corpus citius inuſitatis obtulerit cruciatibus, quàm ut quæ præſcribit ille impia facere ſuſtinuiſſent, eũdem animũ quicunq; obtinuerint, uere iugũ illius abiecerunt, horum autem floret ſane ingens iam per Germaniam, & alias regiones numerus. Habeat nunc ille ſibi ampliſſima regna, teneat in ſeruitute humiles pedum ſuorum oſculatores primos orbis monarchas, habeat ſibi orbẽ uectigalem, poſſideat infinitos pecuniarũ theſauros, belligeretur ſtrenue, nepotetur ĩuicte, nos uero agat in exiliũ, cõijciat in uicula, indicibilibus excruciet tormẽtis, mille generib. mortis cõficiat, tantũ Chrĩ fidẽ nõ eripiat, tantũ non extorqueat liberã ſeruatoris nrĩ confeßionẽ, & uere regnabimus nos, ſeruiQuàm ſiticuloſæ muſcæ Pontifici.

At quod hic ſubijcis excũßiſſe alique quot locis Epõs, Canonicos ac Monachos, ſed muſcas iã propemodũ ſaturas, ac pro his ſiticuloſas adſciuiße, ex ſolitis calũnijs eſt. Vnũ hoc Domius, nõ nos aliquot ĩ locis præſtitit, ut iuſſa horũ, quatenus cũ pietate pugnãt, negligãtur, in cæteris nihil eis detractũ eſt, potiuntur ſuo imperio, fruuntur ſuis prouentibus, neq; tantillum deceßit præter ea, quæ uulgus perſuaſum uenalem haberi penes illos ſalutem, offerebat ultro. Sed quas ſiticuloſas, pro ſaturis nos muſcas adſciuimus? Quàm tenuiter

tenuiter nos de Euangelio uiuamus antea ex uero exposuimus, quàm est autẽ infinitum, quod ex solis sacris nundinationibus muscæ illæ hoc minus saturæ, quo pluribus abundant, à plebe exuxerunt. Nulli ferè Parochi aliunde uixerunt, imò pleriq; ex huiuscemodi prouentibus multa præterea deciderunt collegijs, quibus paræciæ incorporatæ sunt, ut loquuntur. Nec aliunde tot mendicantiũ ordines aliti sunt & ditati, tot noui missatores instituti, tot alia sustentata mendicabula, tot extructa delubra, tot conflata templorum & statuarum ornamenta. Ecquid quæso isti non cauponati sunt? Si benedicerent nuptijs nume 1
randum erat, si gereret uterum mulier nummo 2
erat placandus confessor, & redimenda Eucharistia, natum infantem non tingebat, nisi præsente pecunia, sed nec templũ repetere licebat ei quæ 3 4
peperisset, nisi empta benedictione sacerdotis, si
ægrotabat quis, non inuisebatur, nec recipiebatur 5
eius confessio, non dabatur Eucharistia, non
unctio, nisi aliquid dedisset, sed ne mortuo cõcede 6
batur humari absq; pecunia, & quidem non parua, adeo & mortuos sibi uectigales effecerant. Imò à nullis plus recipiebant tributi, uulgo persuaso, ipsis in manu esse, impetrare potestatẽ euolandi è purgatorio in cœlum. Quàm fertilis uero fundus erat, missæ cottidianæ illæ, tanto

numero auctæ, ut tacea ſtatas oblatiões, & impoſturas quas cottidie excogitabãt nouas, noua fingentes Diuorũ miracula, nouas conſtituẽtes fraternitates, nouas licitantes uenias. Sed quid infinita perſequor. Tam inſatiabiles cũ iſtæ muſcæ fuerint, et ſuctu ſuo oĩa ferè hauſerĩt, facit tamẽ nos magis damnoſos Eraſmus, quia muſcas, ut fameli cas, ita ſaturis plus exucturas, qui tamen præter alimẽta, et qbus tegamur, prorſus nihil quærius. Id Deus teſtabitur, et norũt hodie uerũ tot boni, & inſignes Chriſtiani. Dominus nos iudicabit.

Subijcit, hæc ſunt renaſcentis Euangelij ueſtri præclara auſpicia, quid ĩmineat malorum uos diuinate. Auſpiciorum noſtrorum, ſi iuſte iudicentur, & ſi ipſi in nobis, & noſtris plurima deſyderemus, non adeo pudet, quia nec adeo Apoſtolicis ſunt diſſimilia, id quod æquis et bonis ſatis in præcedentibus oſtendimus, & comprobabimus omnibus, qui noſtra ſuſtinebunt rite cognoſcere. Malorum uero hinc tantũ imminere diuinamus, quãtum ĩminebat, cũ ignis ille ardere iam inciperet, quem ut terræ ĩmitteret, ueniſſe ſe ſeruator ipſe teſtatus eſt. Veniet uſu nobis id, quod iã multi experti ſunt, ut tradant nos homines in concilia, & in conciliabulis ſuis cedant flagris & ad principes, & reges adducãt, Imò ut tradant nos inmortem etiam fratres, parentes, filij, & odio habeamur ab

Quæ immineãt ab Euãgelio nouo mala. Matth. 10.

mur ab omnibus propter nomẽ Christi, impij aũt interim his merebũtur, ut Christum quem renuũt excipere pacificum, experiantur non uenisse ut pacem, sed ut gladium immitteret, & uenisse ut dissidere faciat hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & sponsam aduersus socrum suam, & ut inimici hominis sint, qui sunt domestici ipsius. Hæc Christus ipse prædixit, facilis igitur est Christiano diuinatio. Sed in his omnibus ita res attemperabitur, ut de capite nostro ne pilus quidem pereat, & nos animas nostras per patientiam possideamus & seruemus. Cum interim hostes nostros grauius maneat iudicium quàm fuerit Sodomorum. Quod enim hodie aliud fatum expectent Euangelij tam impij & peruicaces contẽptores hostesq; multo truculentissimi, quam expertæ sunt Corozaim, Betsaida, Capernaum, Ierusalem? Nos tamen oramus cœlestem patrem, ut emolliat spiritu suo plusquã adamãtinam cordis multorum duriciem, patefaciatq; nimium obturatas eorum aures, ut saluificam Christi sui uocem tandem percipiant, & intelligãt, quo huius beneficio freti, iram uenturã effugiant. Nullus nobis interitus non efflictim dolet, at interim cum Christo oporteat posthabere omnia, non licet aliter demandatũ Euangelij negocium gerere, quàm ut ipsi nos approbaturos

illud confidimus, quicquid huius sibi occasione mundus mali ultro consciscat. Consolatur autem q̃ non nobis solum, sed & omnibus, quibus certa est in Christum fides, mori pro lucro est.

Non posse sic tractari Euangelium ut mũdũ non cõmoueat.

Non ignoramus quidem quod uellet nos sequi consilium Erasmus, nempe cuius pauloante meminimus, ut Euangelii prædicationẽ sic attemperaremus quo Põtifices etiam ac Monarchas ad huius negocij consortium pelliceremus, ut ita libertas Euangelica posset omnium gentium esse communis. Id si ulla ratione, salua fide in Christum fieri posset, non est nobis adeo cornea fibra, non sic quamlibet mundo uideri possimus calamitosi, caro nostra mori cupit, quin modis omnibus cuperemus. Nihil enim, aut perparũ crucis esset perferendum. Sed cum longe diuersa ratione Euangelium orbem primum inuasit, haud uidemus qui fieri queat, ut nunc sit sui dissimile. Hoc omnis scriptura testatur, & reipsa experimur, quibuscunq; non est serium innocentiæ, & solidæ pietatis studium, hoc est, qui non sunt nati ex Deo, quos non adflauerit spiritus ille, unus ueritatis uirtutisq; doctor, & largitor, eos non posse non odisse etiam Deum pure prædicatum, ciusq; iussa uniuersa, si ipsis illa syncere ingeras. Vrgent quidem istos notiones illæ Dei, animis ipsorum penitius insitæ, quàm ut excutere queant, etsi maxime

xime cuperent, hinc in totum ualedicere religioni & ἀθέους se fateri non sustinent, at non possunt tamen prestare ea, quibus solis Deo gratificari licet nimirum abdicationem sui, & sedulam in proximos charitatem. Proinde ad idola, & cerimonias nihili conuertuntur, quocunq; nomine ea cohonestent. Nec prisci enim idololatræ adorare ligna & lapides uideri uolebant. Huius uero, si admoneas, sic commoues, qui eos ad suã uoluntatẽ captiuos tenet, Satanã, ut nisi te sublato, nulla prorsus sit ab istis pax expectãda. Si iam multi uocati, pauci electi sunt, qs dubitet hos & hodie plurimum ualere, siquidem conuenit à fructibus æstimare arborem. Quis igit ur miretur, si & hodie, ut semper, ueræ pietatis doctrina tumultus, hac qua diximus ratione excitet, quam si maxime, & prudenter & callide etiam dispenses, ad multa quoq; cõniueas, nõ pauca dißimules, nõ est tamẽ retusa senio acies, uersutijs illis cœlestibus, statim, si tui conatus huc eant, ut sicut oramus, Sanctificetur nomen Dei, adueniat eius regnum, fiat uoluntas, illis obolebit. Id Erasmus ipse satis experitur, experturus plusculũ, nisi conatus istorum auerteret Deus, obijciens interim nos, tum primarios inter ipsos alio rapiens. Sed quid opus uerbis, aut nihil prorsus Christi docendum est, aut docendum unũ esse, Deum inter & homines mediatorem, unum

noſtrum ſeruatorem, in cum omnem noſtram fiduciam collocandam. Qui iam ferret hoc mundus in malo totus poſitus, qui nō uideat eius principes, ſi etiam taceremus de ijs, quæ huic doctrinæ aduerſa in Eccleſiam irrepſerunt, quid hinc regno ſuo immineat? Ferret forſan, ſi ut olim docti inter ſe de principe omnium Deo, quem græci τ ἀγαθὸν πρωτοπαντὸν, & eius mente, quā νοῦν dixerunt, cui nec affingere fabulas, nec ſtatuere ſimulacra, ut Macrobius ſcripſit, fas erat, philoſophārentur, modo uulgo relinquerent ſua figmenta, ſua idola. Sed adhunc modum ueritas & uulgo impie abſconderetur, & à ſophis iſtiuſmodi fruſtra & inique poßideretur, imò non poſſideretur, ſed ſomniaretur. Omnis diuinarum rerum uera ſcientia in hoc eſt data, ut uitam Dei imitemur, quam quo quiſq; plenius expreſſerit, eo maior theologus eſt. Iam caput huius ſcientiæ eſt, noſſe omnia ab uno Deo per unum προσάγωγέα Chriſtum eſſe ſperanda, quod ſatis uulgo explicari nequit, niſi palam indicetur, quem rerum omnium contemptum hæc in Dei bonitatem fiducia requirat, quod qui uelit facere, ei certe ut non longe ab initio diſſeruimus, conuellendum eſt, quicquid id fuerit, à quo uel partem aliquam ſalutis homines petendam exiſtimant. Sic quacunq; ratione ueritatis profeßionem inſtituas,

tuas, si illi syncerite incumbas, suscipienda est inimicitia cum omnibus, qui renati non sunt

Tria quæ orbem maxime cõtra philocuangel. exacerbant.

Scribit alicubi Erasmus, si Lutherani abstinuissent, ab Eucharistia cõuellenda, missa abroganda, imaginibus tollendis, ac suos imprimis prouocassent ad uitæ synceritatem, sperari poterat lætior exitus. In postremo hoc certe toti semper fuimus. At cum Christum nemo habere possit nisi fide, nemo dare, nisi pater, qui ferendum erat hominibus falso persuaderi, à sacerdote illũ dari, dictis quinq; uerbis, quicquid adsit uel in illo, uel sumentibus fidei & pietatis? Tum quantum impostrarum orbi sacrificii obtruserũt, quid sibi non arrogarũt, adeo ut deiparæ uirgini sese prætulerint, ex hoc solo, quod iactarent se esse χριστοτόκους idq; cottidie, cum illa tantũ semel Christum dederit. Nec ob aliam caussam Missæ cepit tantum tribui, eaq; adeo multiplicari. Quod aũt sit missa superstitionũ pelagus, antea paucis indicauimus? Nec est in nostra idololatria quicquã desyderatum, quod admiserunt priscæ gentes. Certe ut caro nostra crucem horret, maluissemus omnes de his uel in totum tacere, uel dicere moderatiora, at incumbebat necessitas prædicãdi Euangelij, & prædicandi omni creaturæ, hoc est palam testandi, ab uno Christo petendam oẽm & iustitiã & salutem, nec posse quicquam quãs

libet sanctos Apostolos & episcopos aliud quam plãtare et rigare, hoc est docere et monere. Hinc statim ipsa cogebat ueritas ista ἀκίνητα mundi sacra attĩgere, & ita ut inuecta à Satana, quibus Christi gloria, ut nulla re alia obscuretur. In eo iam, cum Christus nobis uita sit, pergendũ est, qui pariter eius sunt, non erunt perpetuo hostes, quia tandem & ipsi pastoris sui uocem audient, à reliquis tam non sunt nobis uel induciæ unquam sperandæ, quàm ab ipso istorum patre & principe diabolo. Interea dum nihil isti non minantur, consolationi est, q̃ pater qui omnia finxit, non ipsis, sed regi nostro Christo, omnem dedit potestatem in cœlo & in terra.

Qua possit ratione cõponi hoc dissidium.

Hũc sedulo præcabimur, annuat uotis Erasmi qui hoc loco optat, rem ut cũq; ceptã ad eã moderationem redigi, ut quæ officiunt pietati, commoda prudentiq; curatiõe sanentur, quæ pia sunt in his animo Christiano cõsentiamus, quæ nec admodum conducunt ad pietatem, nec officiunt, sinamus in his unũquenq; suo sensu abundare & probatis omnibus sibi quisq; quod bonũ putarit, teneat. Quæ sũt ardua nec adhuc ad plenũ discussa uidentur, sic in aliud tempus differantur, ut interim maneat inter sententia discordes beneuolentiæ concordia, donec & illa Deus olim reuelare dignetur. Deniq; si quid irrepserit huius, fiat idẽ quod

quod à probis medicis fieri solet, uitia rerũ tollãtur, non res ipsæ. Hoc uotum & consiliũ est Eraſmi, quo solo salutaris poterit Ecclesiis concordia restitui, & auerti quæ ira Dei imminet. Sed utinam agnoscantur, quæ pietati uere officiunt. officiunt namq; pietati, quibuscunq; imminuitur. fiducia in Christũ, remoratur in proximos officiositas. Iam esse huiusmodi quæcunq; in templis iam seculis aliquot geruntur, nisi ultro uerum dißimulare libeat, fatendum est. Quæ sit igitur harum rerum commodior prudentiorq; curandi ratio, quàm ut confeßi ingenue errorem, resipiscamus, temploq; Dei ista auferamus. Si liceret in negocio religionis ea uti commoditate & prudentia, qua hodie pleraq; apud nos à multis excusantur, habuissent plane & Apostoli, unde persecutionem mitigassent. Vnum etenim Deum, mentemq; eius omnium causſam, & gentes colebant, nec non & spiritum agnoscebant, reliquos Deos, huius unius & summatis dei numina confitebantur, fabulas agnoscebant inuolucra esse mysteriorum, quæ longe aliud in se continerent, quàm fabulæ præseferrent. Hostiis iam & thure passus fuerat se coli DEVS & à iudæis, potuisset itaque & hæc libertas Christiana, sicut rituum diuersitatem

Habuissent et apostoli unde gentibus ritus suos cõceßissent.

facile tolerare. Tum potuerant cõtenti esse præsertim ad tempus, Christum uirum appellare, & tacere Deum, quod fecisse eos alioqui ne offenderent Iudæos, Erasmus scribit, quanquam haud difficile fuisset persuadere etiam principis illius mentis, τοῦ ἡγεμόνος καὶ αἰτίου, ut Plato illam uocat, in carnationẽ, si tantum cerimonias non mouissent. Idola non minus quam nostri potuissent habere, pro libris laicorum, sublatis tantũ quæ fuissent absurdiora, qualibus nec nos caremus, quamquam pauca tam absurda habuerint, cui non honestam aliquam speciem, quæq; pietatis aliquid resipuisset, conciliare potuisset interpretatio commodior. Hac sanè ratione potuissent ethnicis suos ritus prope uniuersos relinquere, in hoc interim incumbentes ut suos imprimis prouocassent ad uitæ synceritatem. Sed agnoscebant nihil esse cõmune Christo & Belial, ideo nulla huiusmodi admissa ĩterpretatione, fugere suos ab idolorum cultu iubebant, nullum prorsus ferentes habere illos cum superstitiosis ceremonijs commertium. In ueritate siquidem colendus Deus est, et maiora est de nobis meritus Christus, quam ut pati conueniat ipsius gloriam, hominum cõmentis ad hunc modum obscurari. Si ueritatis capaces sunt, qui prepostera cerimonijs inhærent, rite admoniti cedent tandẽ illas Christo &

sto, & multo citius sublatas, quàm oculis adhuc obuersantes, qui uero non sunt, ijs quantumlibet deferas, meliores non reddes. Si PAVLVS, quo nemo æque studuit omnibus omnia fieri, ne circumcisionem quidem cerimoniam legis, impetrari à se passus est, cum id citra spem ædificationis ab ipso peteretur, qua nos conscientia eas impetrari à nobis cerimonias sinamus, quæ contra DEI legem excogitatæ, hodie quoque impietati seruiunt, dum earum beneficio tam multi posse suam promoueri salutem existimant. Id quod nulli DEVM rite timentes, si modo hæc recte secum reputent, inficiari poterunt. Proinde cum nos animam propter CHRISTVM odio habere conuenit, quicquid siue ipsos, siue alios à mundo maneat, quandoquidem iamagnouimus, quid istæ cerimoniæ pietati officiant, tolerare eas non possumus. Eos qui nõdum uidentes, quam in se habeant impietatem, adhuc illis utuntur, ut damnare nolumus, ita monere nõ desistemus, ut tandem hoc consyderent, CHRISTVS est nobis omnia, nihil tale tanti esse faciendum.

Multumbabẽt causæ, q ceremoniis adhuc inhærẽt, ut ferant Philoeuangel.

Vt uero nos ferant, qui iam fremũt, quod ista sustulimus, multum sane cauſæ habent. Scripsit Erasmus. Olim cum maxime floreret Ecclesia,

non nouerat nisi unum sacrum, quod solus Epi
scopus peragebat. Turbam sacrificorum primum
religio, mox etiam quæstus inuitauit. Permittam
igitur nos imitari Ecclesiæ maxime florentis ex
emplum, & uno duntaxat sacro esse contentos,
submotis missis priuatis. Sic cum fateamur Cæne
Christianorum adesse CHRISTVM
ipsum, eosq; uero suo corpore & sanguine pasce
re, non requiratur à nobis addere corporaliter,
& sub pane siue panis speciebus. Præsertim cum
Erasmus ipse scripserit. Alioqui nullum reperio
locum in scripturis diuinis, unde certo constet,
Apostolos consecrasse panem & uinum in car
nem & sanguinem DOMINI. Et inge
nue fassus sit, nisi moueretur tanto Ecclesiæ con
sensu, posse in Oecolampadij sententiam pedibus
discedere, quamuis nunc in eo uelit persistere,
quod sibi tradidit scripturarum interpres Ec
clesia. Nobis autem quis persuadebit, hunc le
gitimum esse germanæ CHRISTI Ec
clesiæ consensum, & hanc factis de hac re Pon
tificum & Theologorum decretis subscripsisse?
Neq; enim obscurum est, quid olim de hoc myste
rio Ecclesia tenuerit, si quis bona fide patres le
gat. Certe nihil solet Ecclesia credendum præci
pere, quod nõ certo tradatur diuinis literis, quæ
nihil nec

Ad Iustum regis Polonorũ secretarium.

nihil necessario credendum non copiose & luculenter præscripserunt. Sed si aliter fieri nequit, numeretur hoc inter ardua illa, quæ nondum uidentur ad plenum discussa, & differatur sic in aliud tempus, ut interim mancat inter sententias discordes beneuolentiæ concordia. Certe dum CHRISTVM haberi & edi à fidelibus fatemur, nulla potest à nostra quidē sententia timeri pietatis iactura uel periculū. Iam cum cultum illum, quo iam utuntur facientes Missas, nec Apostoli, nec martyres nouerint, cum hi quoque in manus dederint panem Domini, cur hæc non & nobis concederentur? Idola tot seculis credita sunt pugnare cum religione, & authoritate scripturarum, eoq; ut hic ipse Erasmus testatur, abominationi Christianis fuerint, cur ergo nos, quòd ea submouimus, quisquam reijciat? Deniq; cum nos nihil sustulerimus, quod uel scriptura præceperit, uel prima illa & purior Ecclesia obseruarit, satis superq; causæ fuerit omnibus, qui agnoscunt opus DEI ob nullam omnino rem exeternam perdendum, ac nihil non concedendum ijs, pro quibus mortuus CHRISTVS est, quod modo cōcedi posit illæsa pietate, ut nos ijs utentes cerimonijs, quibus agnoscunt usos esse Apostolos, & quas hi Ecclesias, utiq; optima rōne

instituerunt Christianorum & fratrum apud se loco dignentur. Certe in omnibus quæ uere pia sunt, ac ideo in scripturis, quæ nihil horum præterierunt, tradita, nos quidem consentimus, nec quicquam eorum sublatum uolumus, quod possit ulla ratione sublatis uitijs, quæ illi adhærent, purgari. Nec ignoramus ad uiuum non esse exigenda omnia, condonareq; sumus parati, quicquid istuc non euertit, CHRISTVM IESVM unum esse, qui nos iustificat & seruat, & huic nulla re alia posse obsequium gratum exhiberi, quàm dilectione proximi. Vt quosuis errores dogmatum, quibus cum hæc perstat fides, in fratribus ferendos censemus, ita nec uitæ morbi ab eis nos alienabunt, qui hanc modo non excusserint.

Reliqua quæ consulit Erasmus, indubie solidam Ecclesiæ si recipiantur concordiam restitutura, utinã tam possit persuadere aduersarijs nostris, atq; nobis persuasa iam sunt, & unice commendata. Certo siquidem scimus omnes alios conatus in uentum abituros, si non exoratus sanctis precibus pater cœlestis suum spiritũ adflauerit, eoq; animos in Euangelica syncritate conciliarit, tum hunc spiritum neminẽ posse orare serio, cui acta peruerse uita, non ex animo displicuerit, et nouam,

et nouam, quam ex sententia degat CHRISTI, meditetur. Quare dum pastores & doctores Ecclesiæ, omnisq; populus sacrificorum, & monachorum gregem Christo charissimum, quem ter amare, ter pascere debuerant, negligunt, deglubunt, deserunt, ac produnt, & interim luxu, superbia, libidine mersi sunt, procul à se habentes studium S. literarum, sobrietatem, castimoniam, pœnitentiam, quæ in his mala hoc loco deplorat Erasmus, aliud nos quidem sperare nõ possumus, quã cos uulgaribus illis, non remedijs, sed fomentis, & incitamentis huius mali, usuros. Nempe ut clament non ad Dominum, sed ad hunc aut illum principem, ad armatas cohortes, respiciat alius ad Cardinalium & Episcoporum potentiam, alius ad Principum arma, alius ad Theologorum ac Monachorum coniuratas phalanges, præsertim cum quærente ipso Erasmo, eò redierint Christianorum mores, ut uix quisquam penitus intelligat, quid sit clamare ad Dominum, cum id totius penè Christianismi sit caput. Quid aliud igitur ab istis expectemus, quàm quod iam annis aliquot experti sumus, confiscationes, carceres, gladios, ignes & nihil minus quàm illa, quibus uerior olim CHRISTI Ecclesia contra hæreses pugnauit, & hactenus semper ui

Ad botzeemum.

cit, non ſuis præſidijs, ſed diuino fauore, neq; ue-
nenis, nec dolis, nec calumnijs, ſed armis ſpiritali-
bus, monens, obſecrans, arguens, reuincens, iugu-
lans gladio ſpiritus, inſanabiles demum à Chriſti
corpore ſegregans. Nam tua ipſius Eraſme hæc
querela eſt. Quem ex his adhuc conſpeximus his
calamitatibus doctum ad frugem meliorem ſe re-
cipere? Quis abiecit concubinã, quis luxum uer-
tit in ieiunium, quis opes, quibus hactenus equos,
canes, amicas aluit, effudit in pauperum ſubſi-
dia, quis ſtrepitui, delitijſq; ualere iußis, ſolati-
um omne in ſacris libris repoſuit, quis Monacho-
rũ abiecta hypocriſi, ueram pietatẽ amplexus eſt
toto pectore, & haud ſcio an pplĩ mores ſint etiã
corruptiores? Quid igitur malorũ, qd calamita-
tũ nos nõ maneat, quũ nemo adeo ad percutiẽtẽ ſe
reſpicere ſuſtinet, ſinguli in his perſeuerant, ob
quæ iratum ſibi Deum certo norunt, nec perſeue-
rant modo, uerumetiam peiora prioribus adijci-
unt, nempe ut eos, qui nihil niſi ipſißimum Chriſti
Euãgelion adferunt, tantum eam uitæ innouatio
nem exigunt, quam tot aperta oracula Dei poſtu-
lant, proſligant, perdant, excarnificent, & effici-
ant, ut ne hiſcere quisquã de Chriſto, eiusq; ſalu-
fica doctrina auſit, id quod indubie eſt oleũ adde-
re camino, et iratũ Deum, magis etiã prouocare?

Illud non

Illud non uidemus qua ratione ijs, quæ de malis Ecclesiæ uere commemorauit, subiecerit. Porrò cum Ecclesia quemadmodum res cæteræ mortalium omnes, habet rudimenta, progressum & summam, nunc subito illam ad primordia reuocare, nihilo sit absurdius, quàm uirum adultum ad cunas, aut infantiam retrahere. Nec enim ignorat ex PAVLO, quæ sit Ecclesiæ Ephesi. 4. ætas adulta, nempe CHRISTVM plenissime uita exscribere, hoc est, ipsi in uirum perfectum occurrere, quem tenuiter adhuc referre, est eiusdem infantia, quam ille opprobrabat Corinthijs, Alioqui cum præsentes Ecclesiæ mores ipso quoque teste à prima illa synceritate, qua florebat sub Apostolis, multum degenerarint, non est alia ratio qua illi consulamus, quàm si eam ad sua illa puriora reuocemus primordia. Nec erit id, perinde atque uirum adultum retrahere ad cunas, & infantiam, sed eam senilibus deturpatam morbis & rugis, reuocare ad restitutorem iuuentæ CHRISTVM. Ita cum connubiorum fides, diuortiorum licentia consenuisset, & ideo ad interitum accessisset, CHRISTVS uolens illam suo loco restituere, ad sua certe primordia illam reuocabat, dicens. Initio non erat sic. Ad hæc quæ subijs-

eit, ac uideri uult cũ ratione mutata, non fuerunt inſtituta Eccleſiæ, quæ ĩ primordio ſui illa duxerit obſeruanda, ſed incõmoda potius, ac etiam uitia, quæ optimis quoque rebus ſemper coniuncta ſunt. Maluiſſent enim & Apoſtoli frequenti populi cœtu DEVM prædicare in templo publico, quàm cum paucis conuenire in ædibus priuatis. Conſecrationem tamen illam templorum, non tam ridiculam, quàm quæſtuoſam Epiſcopis illis à ſuffragijs certe nulli tuliſſent, tam abeſt, ut optaſſent. Sic quod Corinthij alij eſuriebant, alij erant ebrij, damnauit Paulus, non agnouit morem Eccleſiæ primordialis, imò ad primordia cœnæ CHRISTI hunc abuſum caſtigabat, nobis relinquens exemplum, ad eundem modum corrigere quæcunque, ut circa cænam, ita alia quoque in Eccleſiam mala irrepſerunt. Eodem remedio & illud quod cœperant garrire in Eccleſijs mulieres emendauit, admo-
1. Timo. 2. nens ut uir prior muliere conditus ſit, & mulier Satanæ ſuggeſtioni ceſſerit, non uir. Vtinam autem & hodie uigeret ille in Eccleſia ſpiritus, quo alius Hymnum, alius Apocalypſim, alius Pſalmum adferret, alius linguis loqueretur, alius prophetaret, modo ordine omnia, & ad ædificationem fierent, ita ut Paulus de his præce-

pit. Neq;

pit. Neque enim minus taciti, compositiq; ij auscultarent, quibus nihil potius ijs, quæ audirent, esset reuelatum, si cui autem quid tale contingeret reuelari, an non optabile esset audire interpretem DEI?

Quæ memorat de nocturnis uigilijs, in quibus olim promiscuus populus currebat ad sepulchra martyrum, obambulans cum candelabris argenteis, & canens hymnos in quibus & flagitia admissa sunt sub umbra pietatis, & euenit ut chori diuersæ professionis sibi occurrentes, hymnos uerterent in rixam, candelabra in arma, humana fuere inuenta, non instituta Ecclesiæ primordialia, quare mirum non est, quod humanos quoq; dederint fructus, Sed cum recte hæc Ecclesia sustulit, postquam cœpissent occasionem dare malis, quantumuis primum religio ea inuexisset, qui fit ut non & hodie tollantur tot cœnobia & collegia, quæ quibusuis lupanaribus & ganeis impuriora sunt, peregrinationes item ad delubra Diuorum, & quas uocant processiones, in quibus persepe haud minus fœda admittuntur. Si enim hic licuit tollere, non purgare, quod erat citra Dei uerbum ab hoïbus excogitatum, quare non liceat idem in tam multis quæ confessæ tantum impietati seruiunt, non solum dant

Mutata olim pleraq; in Ecclesia sunt q, in abusum degeneraßet

Quæ et hodie mutanda.

Dabatur Eucharistia in manus.

occasionem flagitijs? Ita si pie desiit dari Eucharistia in manus domum ferenda, & sumenda cum liberet, quod eam quidam tractarant indigne, & ad artes magicas abuterentur, cur non & hodie abarcentur illius celebratione ij, qui planè ignorant, quid sit Eucharistiam digne tractare, & abutuntur ea non pro uiatico tantum, sed etiam ad deriuandum in se honorem debitum CHRISTO. Ad eundem modum, si consulto adempta populo est facultas eligendi episcopũ, q̃ pro libidine, non pro ratione eligeret, cur non eadem adimitur hodie & illis, qui tam nesciunt digne eligere Episcopos, ut ignorent etiam quid sit Episcopi munus, ac suffragia uendunt, idq; ad hanc functionem ineptissimis? Sic cum pie repressa est illa populi licentia, præter iudicium applaudendi, uel exibilandi dicta ab Episcopo, ita hodie multo magis necessariũ erat efficere, ne, non dico Episcopis, illi enim ferè principalia curant, cumq; maximè frugi sunt, dicunt ius, sed quos Episcopi huic muneri præficiunt, liceret tam impudenter è sacro suggesto mentiri, scurrari, & à CHRISTO populum uanissimis nugis auocare. Porrò si iure sacræ cantiões ad paucos redactæ sunt, quod respondente populo Amen, audiretur strepitus

pitus tonitruo similis, essetq; canente illo ridicula uocum confusio, quid nunc faciendum sit, quando nusquam sint qui canant decenter, hoc est, uel ad suam ipsorum ædificationem, & canant sacerdotes, quibus Diuus GREGORIVS cantionibus sub anathemate interdixit, uolens eos prædicationi incumbere Euangelicæ denique nulla prorsus detur populo occasio psallendi in cordibus, sed prostituuntur sacri psalmi sine mente decantati, adiunctis, horrendis DEI blasphemijs, ut mereant, & ijs quibus nemo magis morum honestati, ac publicis commodis, obsistit. An non fuisset decentius, omnem populum seruatori suo intellectis à se hymnis, in commune gratias agere, indeq; eius amore ac studio sese accendere? Canit hodie in nostris templis totus populus, nec propterea est, uel strepitus non absimilis tonitruo, sed nec exhibet ridicula uocum confusio indignum cultu diuino spectaculum. Dist. 92. Cano. sancta.

Musicam, inuectam templis fatetur eò degenerasse, ut in multis templis ferè nihil audiatur præter immanem boatum aut ineptum uocum garritum, qui citius inuitet ad lasciuiam, quàm ad pietatis affectum, atque ideo quod praue irrepsit uult arte corrigi, at hoc est Musicam inuectam templis.

Ecclesiam reuocare ad sua primordia, cur hoc igitur, non & in alijs facere liceat? Atque ideo cum agnoscat ipse seculis aliquot abominabile habitum in templis Christianorum uideri pictam uel sculptam imaginem, & nunc imaginum usum eò processisse, ut non solum modum excesserit, uerum etiam à decoro recesserit, nam uidere nos in templis, quæ parum decore pingerentur in porticibus aut popinis, cur non permittat, & hac in re ad Ecclesiæ primordia respicere, cunq; habere in templis imagines inuentum hominum sit, contra tot expressa Dei præcepta inuectum, cum nulli pugnarit noctu uigilare, & hymnis Deum celebrare, etiã apud martyrũ sepulchra, ut inde scilicet uulgo constantiæ illorum admoneretur, illas nostris quoque templis submouere, præsertim cum non solum indecora, sed & impia pingi sculpiq; cœperint, nempe quibus populus docetur Diuis fidere præ CHRISTO, nec tamen quicquam uerorum bonorum ab eis petere, tum quod maxime abominandum, sic pleraq; coli cœperint idola, ut in quibus certa diuorũ numina latitent, uclintq; ibi adorari. Etenim si nos CHRISTO uere credimus, uerus Israël sumus, ueri Iudæi, & non minus ad nos quã ad illos pertinent, quibus Deus

Abominabile erat uidere imaginem in templo.

idololatriam

idololatriam prohibuit. Tum res ipsa docet, non minus quoq; nostros ad hoc malum, quàm Iudæi erant, esse procliues, nam sunt illo ferè insepulti hodie uulgo christiani, cur igitur nõ tanta uel horum gratia, offendicula auferimus? Neq; enim minus istis necessarium fuerit præter admonitionem uerbi, etiam ab oculis illa submouere ut plene tandem & ex eorum animis tollantur idololatriæ reliquiæ, atq; id conducibile fuit iis, qui primum Euangelio accesserunt. De scholis secus habet, illæ per se sunt res frugis optimæ, corrigi itaq; debent, quæ illis adrepsere uitia, ipsæ tolli non debent. Nunquã autẽ proferet eum ERASMVS, qui quenquam nostrum audierit, uel priuatim, nedum priuatim & publice docere, disciplinas humanas nihil aliud esse, quàm retia dæmonum. Sed quid de literis & sentiamus & curemus, superius exposuimus. Illud uero quod hic subnectit, tantumq; profecerunt, ut perquàm raros in isto grege conspicias, qui sedulo dent operam literis uel sacris uel profanis, quæstui, uoluptati studetur affatim, non dubitabunt quicunque nos iuxtà & eos qui Erasmo Catholicæ Ecclesiæ accensentur planè nouerint, nobis falso tribui, uere autem tantum non totiordini illi Ecclesiastico, paucissimis sanè ex-

ceptis. At uero si monachi olim liberi, propterea in uitæ genus adstrictius necessario redacti sunt, quid debeat eis hodie fieri, cum ipsi solidam pietatem pro nihilo habentes, omnibus quas ad illam senserint adspirare, quàm primum si queant exitium consciscant. Ita si postquam peruicacia studiorum in hæreticis eò efferbuisset, utres ad cruentum orbis tumultum spectare uidcretur, coacta est Cæsarum potestas legibus & armis publico occurrere discrimini, par erat, idem sibi faciendum & modo, cum Cæsar ipse, tum principes & Reſpublicæ, ac quibuscunq; imperium est, putarent, & modo quoq; armis ac legibus, sed iustis, & cum Archetypo legum, imò principi illa lege, mente Dei nihil dissidentibus occurrerẽt, ac cohercerẽt quã primũ, quicunq; studijs Ecclesiam scindunt, & sic res exulcerant, ut ad cruentum orbis tumultum spectare uideantur. Nos siquidem nihil aliud poscimus nobis permitti, aut indulgeri, quàm ut liceat CHRISTI doctrinam libere & docere, & uita quantum ille dederit, exprimere. Hac professione, hoc instituto, nihil est a tumultu, ab omni factione & studijs æque abhorrens, nihil plus cum principibus morigerum, tum in omnes officiosum. Quod aũt sa-

xum

rum uoluant, in quibus uersentur, quid moliãtur nostri aduersarij, satis superius diximus, Nos neminem quantalibet potentia polleat, modo & audire & ex æquo de rebus nostris iudicare uelit, pertimescimus. Quo decoro Episcopis in locum doctrinæ, precum, & lachrimarum, assumptæ sint, opes, ædificia, & ministeria, & quæ huc eos necessitas compulerit, satis abunde agnoscit orbis. Si certe liberet Episcopis suum digne munus obire, agnoscerent non paulo illa, quàm hæc præsidia ad pascendum digne gregem domini, ut accomodatiora, ita efficatiora. Demiramur autem quid spectarit Erasmus, cum his subicit, si Paulus hodie uiueret, nõ improbaret opinor præsentem Ecclesiæ statum in hoïm uitia clamaret. Forsan quid tu ecclesiæ statum uoces, nos non intelligimus, isti certe ordines, dignitates & munia Ecclesiasticorum, istæ cerimoniæ, è quibus hodie omnia ferè censentur, ex diametro cum Pauli doctrina pugnant, nihil scilicet penitus in Ecclesiam admittentis, quod non certum huc adferat momentum, ut in Christum fiducia euadat uiuacior, et dilectio in proximos officiosior. Cæterum nobis nihil usquam placet, nisi quod, non ipsi, sed hic Paulus ex spiritu CHRISTI, quod seruator ipse instituerunt, mirum igitur si non potius nostra sit probaturus. Nec aliter cu

pimus mederi uitijs, quàm citra tumultum, Nos enim nullum excitabimus, & excitandi alios quem nulli erimus autores, quippe cum nostra nihil nisi pacem doceant, nec denique à quoquam aliud exigimus, quàm ut posito exitiali iugo Satanæ, cõmodo iugo CHRISTI ceruicem submittat. Hæc remedia indubie, nihil nisi salutis fera sunt, tam abest ut sint morbis atrociora, aliorum consilia præstare non possumus, nullam tamen cuiquam tumultuandi causſam damus, nisi cui CHRISTVS ipse eiusmodi causſa existit. Relinquere quoq; uolumus quicquid per fidem CHRISTI relinquere licebit, nec nouare nisi quæ hæc eadem requisierit.

Sed ita res habet ut hic præterea scripsit Erasmus. Si præsules Ecclesiæ, si principes profani sepositis mundanis affectibus nihil sibi proponant, nisi Domini gloriam & Ecclesiæ spirituale commodum, malum diſſidij quod in præsenti Ecclesiam exagitat, non solum absq; magno tumultu, sed omnino nullo tumultu, & omnium bonorum obuia gratulatione poterit sedari. Ad quod et nos quidẽ honestis rationibus ambire monarcharum & præsulum fauorem ita cupimus, ut nihil æque. Neq; est quicquam quod tam abominamur quàm eorum animos alienare, qui uiam salutis

salutis possunt munire multis. Sed quæ erunt ra-
tiones honestiores & magis decoræ Christianis,
quã synceriter Christi primi monarchæ legibus
inhærere, & iuxta has dare operã omnibus fieri
omnia, nec quicquã aliud quærere, quã ut ea per
mittãtur, sine quibus studere Christi gloriæ, fra
trumq; saluti non liceat, tum summa cũ mansuetu
dĩe, et modestia offerre se ad reddendã cuiq; uitæ
& doctrinæ rationẽ, nec quicquã mordicus reti
nere, quod cedere pietas permittat. Istis iam nos
rõnibus toto pectore incũbimus, sed quã frustra
apud multos, qui inauditos & indicta caussa, nul
li nos nõ tormẽtorum generi addicũt, nihil quoq;
prætereunt, quo excindãt funditus. Vere igitur
unum hoc superest, ut instanter oremus, ut mẽtem
Christus suæ gloriæ studiosam oĩbus inspirare di
gnetur, id quod indubie dignabitur, sed cũ sibi ui
sum fuerit, & ijs oĩbus, quos ipsi pater dedit ser-
uandos, reliquos sic quoq; eidẽ pater tandem sub
sternet, ut sint illi futuri uice scabelli, eorũq; su-
perbas iras, et terrificas minas perferre interim
nobis dabit, dum dies ille illuxerit, in quo ostẽdet
nihil istos, quã uasa iræ suæ esse parata in interi-
tum, nec plus posse, quã uirga, quã fustis ac secu
ris, quæ dum à nemine mouẽtur, se ipsa ne mouere
quidẽ possunt, nedum quenquã cedere. Sic sumus

Quibus ra
tiõibus am
biẽdus prĩ
cipum fa-
uor.

nos aniati, sic habent res nostræ, in quibus si quid erramus, ut id hominibus insolẽs non est, oramus eius admoneri, sed per diuinas literas, quibus cum teste Paulo in se continent, unde homo Dei absoluatur, instructus ad omne opus bonũ, omnis certe error abunde confutari, oĩs ueritas satis superq; doceri poterit. Nec est obscurũ, quò uocet summa illa legis, Diliges Deum ex toto corde, & proximũ sicut teipsum, sicut & ab ijs, quibus modo animus est, facere uoluntatem patris, per facile uidetur, quid cum illa consonet, quid minus. Quod uerum credimus in gloriam Christi loqui oportet. Nobis dubiũ non est Erasmum, & qui ipsius consilium sequuntur, dum mundi tranquillitatem, uel sui, uel aliorũ caussa tanti faciunt, ut existiment, ad tã multa quæ excusari nequeũt. cõniuendum, præsertim apud uulgus, pleraq; etiam cõmoda interpretatione excusanda, et publico consensu eorum qui Christiani uocantur, tantũ deferendum, Euangelicæ synceritati obesse plurimũ, quamlibet ipsi forsan uelint hanc illo unicè promouere. Hoc enĩ consilio fit, ut qui deplorati sunt, mox contendant, nihil penitus esse in obseruationibus Ecclesiasticis emendandum, nam ne Paulum quidem hunc Ecclesiæ statum, fuisse improbaturum, indeq; erigentes cristas impotentissime incipiant furere,

Ad quæ se offerãt Phi loeuangel.

furere, contra omnes, qui uel apertißimas in his labes, uerbo tantum attigerint, imo totis uiribus machinentur exitium quibuscunq; cordi sunt, ut bonæ literæ, ita & ueritas, nimirũ iudicij aliquid nactis. Deinde consuũtur hoc consilio, puluilli eorum brachijs, qui Christi quidem aliquid consecuti, infirmiores tamẽ sunt, quã ut illũ anĩosè confiterẽtur, nam statim, ut pertinax est caro ad sua uitia tegenda, faciunt frigus fidei, quo obmutescunt, & Christi gloriam mundo cedunt, prudentiam in loco ueritatem promondi commodius, cunq; uellicat cõscientia, demulcetur ea, consensu illo Ecclesiæ publico, qui sæpe publicus error est, quem ita obtinuisse mirũ non est, cum quibus dominici agri cura demãdata fuit, nõ minus strenue rigandis zizanijs uigilarint, quã dormierint altè, colendo tritico. Tacemus quod nequaquã in ea oĩa, Chrĩani consenserũt, ad quæ adacti metu silent. Nec raro fit, ut isti etiã hostibus contra liberius agẽtes ĩ negocio Christi, sese adiũgant, ut quos putẽt illud ĩtẽpestiua, ut aiũt libertate lædere, cũ re uera ipsos cõmoueãt, perturbatæ rõnes uitæ pro carnis cupiditate ĩstitutæ. Postremo fit ut ij quibus persuasum est, Deum diligẽdum ex toto corde, ex tota anima, ex omnib. uiribus, ac ideo ingenuè confitẽtur IESVM CHRISTVM

eſſe Dominum omniũ, maieſtatẽq; eius cunctis ſu pereminentem ingenuè præ ſe ferunt, ab infirmi ſculis, quorum ingens numerus eſt, cum horum ſit admodũ exiguus, deſerti, deploratis illis pro dantur, quos ſi eis cedat Dominus, ut acti à Sata na, extinctum uolunt, quicquid ullo modo redu cendo regno CHRISTI accommodum eſt, ita mox abolent, quicquid uſpiam eſt iudicij, libertas tis, & ueritatis. Cum ſi tepidi illi, ardentioribus iſtis adeſſent, cogerẽtur CHRISTI ho ſtes agere moderatius. Sed iuuat CHRI STVM, in paucis, ijſq; omni præſidio car nis deſtitutis ſuam uirtutem illuſtrare, quod & hoc ſeculo futurum non dubitamus, ut cunq; muſ ſant multi, pleriq; etiam nos oppugnant, qui tamẽ uellent CHRISTI regnum obtinere.

Conſilium datum Nouiomago.

Scribit poſthæc Eraſmus, ſi ſperaret ſe profe cturũ, ſe hortaturũ eſſe Nouiomagum, ut ad ipſos ſe reciperet. Mi Eraſme, putamus te uelle in eius ouili eſſe, qui nos redemit ſanguine ſuo, ne dubita igitur in eodem agit & Nouiomagus, CHRI STO enim toto pectore fidit, & nihil habet in a nimo aliud, quã pro uirili demereri omnes. Qua enim conſcientia & fide euulgarit illa, de quibus quæſtus es, antea diximus, nihil iocari uoluit, aut cuiquam noxam adferre, nedum amico, minime

omnium

omnium tibi. Nec uidet qua demum ratione prodesse queat, si modesta ueritatis commendatione non posit. Vt rursus se addicat alicui Episcopo, uetat religio, non enim ignoras quid sint Episcopi, & quàm paucos inuenias, apud quos locus sit CHRISTVM synceriter præ se ferenti, ut uero redeat ad uulgaria sacrificorum munia, licet per Christũ multo minus. Quod aũt adijcis te totum illũ Vulturium desyderare, quẽ olim cũ multis bonis doctisq; uiris, et noueris & amaueris, te indignũ est. Nam ut re familiari seipso factus sit multo tenuior, ita ueris uirtutibus factus est seipso ditior, id boni uel ex eo agnoscẽt, quod Christi studio, præter commune periculum, quod nobiscum adit, hanc ipsam tenuitatem perfert animo tam celso, utcunq; tu ab initio Epistolæ eum suggillas, quasi ferat eam iniquius.

Habetis nunc fratres obseruandi, & quã profitemur doctrinam, & quam uitã meditamur, unde facile cognoscetis, nos haudquaquã noua adferre dogmata, sed reuocare uetera, non illa seditiosa, sed quæ sola pacificant omnia, nempe puri puti Euãgelij, ut fide ab uno Deo, per unum seruatorem & conciliatorem nostrum IESVM CHRISTVM, omnis & iustitia, & salus petatur, & in rem proximi ex syncera dilectione ato- Epilogus.

temperentur oĩa. Nec alio mores nostros spectare intentasq; esse curas & studia, utcunq; hominibus, humani lapsus identidem accidant, tum neq; à consortio Ecclesiæ Catholicæ nos factioſe ſubduxisse, sed esse ab ijs electos, & proscriptos, quorum uita nihil minus ipsos, quàm CHRISTI Ecclesiæ consortes, comprobat. Nihil quoq; per nos nouatum esse intempestiue, sed singula exigente gloria CHRISTI, & iuxta certissima scripturarum præscripta, in omnibus hoc unice spectantes, ut non bonis mala, sed malis bona substitueremus, atque ideo non diuersum, sed idem cum Apostolico, licet non paribus spiritus uiribus, negocium gerere. Literarum quoque studia nos pro nostra uirili plantare, & sedulo prouehere. Nulli Principum, Episcoporum, Magistratuum non esse morigeros, in omnibus qnæ præstari possunt, illæsa pietate, ab omni rerum perturbatione & tumultu abhorrere, ut nemo magis, impuros homines qui uentri tantum & inguini seruiunt, neminem præter se amant, nulli obtemperant, quales nulli hominum generi desunt, cum bonis omnibus execrari, tam abesse ut in delitijs haberemus, adnumeratos sodalitio Euangelico. Denique in his, contrà sic in nos frementem mundum, nullis uti lu-

dibrijs,

dibrijs, nullis malis artibus, non malorum multitudine, sed sola CHRISTI IESV, cui par est se flectat omne genu, omnis lingua DOMINVM confiteatur, fiducia niti. Proinde indignos esse, in quos mendacijs, tam diris, & calumnijs tam importunis debacchetur sit ERASMVS, ac uelut classicum cecinerit toti orbi, alioqui plus nimio in nos concitato, ac pridem, si uera minantur plurimi, se se armanti. Nam quis ita lenis, quis ingenij tam mitis & boni, qui non quàm primum sumenda arma putet in eos, qui professi salutificum Euangelion IESV CHRISTI, uiuant tamen ipsi flagitiosissime, & confundant, inuertant, perdantque seditiose omnia, optimis pessima sufficiant, soluant potestatem principum, plebem in optimos quosque arment, subinde tumultus excitent, ad arma identidem nullis de caussis procurrant, foueant quosque sceleratissimos, sint in bonos meri Phalarides, omnem religionem aboleant, ut certissimus expectetur paganismus? Ecquis enumeret quot quamque immania, & importuna in nos crimina eaque simul falsissima, quaque diritate, torsit? Vtcunque enim ipse hæc in nos nullus confinxerit, quod

nobis persuasum esse, initio quoq; testati sumus, interim tamen illis subministratis sibi à uanissimis & perditissimis delatoribus, & indigna Theologo credulitate receptis, ita nos impetijt, ut nemo toto hoc tempore, quo propter Euangelion Christi in nos mundus furit, atrocius, quicq; plus posse nocere credatur, eo quod nemo illorũ, qui in nos hactenus debacchati sunt, tanta apud bonos etiam authoritate & gratia polleat, ut uim illam incredibilem eloquẽtiæ taceamus. Id profecto non tam Euangelij, quàm literarum etiam, ac omnis rectioris iudicij hostes, probe sentientes, tantopere expetierunt, ut hæc Epistola in uernaculam uerteretur, sperantes non abs re, cum nunc uidea tur instare, ut tandem flagret incendium, quod plerici; non sine suo malo excitare hactenus enixe laborarunt, hoc scriptu illi olei uice futurum. Dici enim non potest, ut quidam non minus literarum, quàm Euãgelij hostes, edita hac Epistola gestiant, ut triũphent, & se inuicem illa tanquã rarissimo quodã muncre honorent. Etenim putant, quod & scribunt, nunc cum Erasmus oppugnare nos cœpit, & tam sæue, nulla posse ratione fieri, ut non funditus extirpemur.

Nobis profecto Erasmus tantus est, ut eũ modis oĩbus, si liceat, demereri libeat, & nulla in re offendere,

offendere, quem animum sanè & hac respõsione haud obscure significauimus. Eoq; maluissemus si ulla ratione licuisset, omnia quam mitissime dicere, at cum tam sæua, tam cruenta sint, nec minus falsa, quæ in nos scripsit, ipsa coëgit necessitas, hæc subinde suis uocare nominibus, nimirum mendacia luculenta, impudentia, crudelia, calumnias immanes & diras. Neq; enim hæc propterea q; illis fidem habuit, & pro ueris euulgauit Erasmus, suam naturam exuerunt, ueraq; & æqua esse ceperunt, quum in se sint ementita, & non sine indicibili crudelitate conficta. Agnoscimus eũ epistolæ titulo hæc illis modo intẽtare, qui se falso Euangelicos iactant, interim aũt, cũ hac tota, tum alijs epistolis tã multis inceßit ca, quæ in tot iam regionibus & rebus pub. non per istiusmodi sceleroſos Euangelii fucos, sed per synceros eius sectatores, pientißimos principes, grauißimos senatores, consentiente et id optante, ex plebe optimo quoq;, ad ipsißimum Dei uerbum immutata sunt, taxantur nominatim Tigurum, Basilea, Argentoratũ, horumq; ecclesiastæ, quos nouæ Ecclesiæ patriarchas, & noui Euangelii episcopos uocat. Et hos solos, q. s. Christi gloriæ ex animo studeant, nos hic defendere uolumus, id quod initio quoq; testati sumus. Eorũ cauſſa, qui

Excusatur dicendi libertas.

ſua quærunt, non quæ Ieſu Chriſti, & non niſi tu tulotenus Euangelici ſunt, nihil ad nos. Oramus igitur per Chriſtum, & Eraſmum ipſum, & quicunq; q illũ nobiſcum colunt offenſi noſtra libertate fuerint, uelint perpendere nobis perſuaſum eſſe, nihil aliud nos ſectari, quàm ipſiſſimũ Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, id quod totiam ſanguine ſuo teſtati ſunt, & nos adeo periclitantes omnia haud diſſimulanter præ nobis ferimus, ac ideo prodere illud, & qui illud pariter nobiſcum profitentur, hoc eſt, indefenſos relinquere, tam non potuiſſe, quàm negare Chriſtum. Scribit Eraſmus excuſans apologiã qua reſpondit Ia. Fabro, ubi de fide chriſtiana agitur, impiũ etiã eſt cauſſam aduerſario tradere. Et rurſus. Vitam amicitiæ impendere laudi datur, at in Chriſtum haberi blaſphemum in amici gratiam, nõ ſolum extremæ dementiæ ſit, uerumetiam ſummæ impietatis. Finge patrem, aut fratrem eſſe fabrum, non ſolum amicũ, ne patri quidem aut fratri opinor tantum tribuendum eſſe cenſebis, ut in illius gratiam Chriſti aduerſarius haberi ſuſtineam, imò ſi ſimul & Cardinalis & frater mihi fuiſſet Faber, arbitror officij mei fuiſſe calumniã non ferendam repellere, præſertim modis omnibus innoxius. Hæc Eraſmus. Quanto nunc mi-

tius

tius impetijt Erasmum Faber, quàm ille nos, qui non solum unius aut alterius loci scripturæ, per peram intellecti, ac inde impietatis nos traduxit sed totius Euangelij euersi. Quid enim aliud sit nouum Euangelium, cuius nos Patriarchas & Episcopos facit, quam euersio ueteris et germani? Sed nec hac diritate contentus, reos præterea peragere nos conatus est eorum, ob quæ debeat merito in nos armatum ruere uniuersum mortalium genus, nempe imminutæ Maiestatis, & seditionis, ut qui moliamur præter alia non ferenda mala, etiam inuehere Anarchiam. Sic enim scribit ad Botzemum. Qui se uenditant Euangelij titulo, sic fermè rem gerunt, ut uel ad nequitiã, uel ad opes, uel ad Anarchiam, & quicquid libet audendi impunitam licentiam spectare uideãtur. Certe nemo fit melior, deteriores plurimi. Quid obsecro posßit fingi atrocius, quid magis immane & importunum? Nemo igitur bonus iure offendi nobis poterit, quod tam atroces & exitiales calumnias, quamlibet per ERASMVM in nos intentatas, præsertim cum hoc noĩe potentius etiã, nõ nos, sed Christi doctrinã, totq; millia uere credẽtiũ opprimãt, depulerimus, præsertim cum id fecerimus tam simpliciter, tam candide, multaq; scientes & prudentes, præterierimus,

quæ non uulgare ad noſtram purgationẽ momentum attuliſſent, id quod agnoſcẽt cordati. Deniq; nullius uiciſsim accuſauerimus Eraſmum, quàm eius, quod diſsimulari prorſus nequiuit, iræ incõſultioris, & temerariæ, quæ ipſi humanitatis ſenſum erga nos hactenus excuſsit, ut nihil penſi habuerit, tam luculenta mendacia, & manifeſtas calumnias non niſi à uaniſsimis delatoribus ſuggeſtas, in nos ſcribere, & hoc maxime tẽpore, quo putant aduerſarij inſtare, ut ſublatis è medio nobis, ſuum ipſis regnum, hoc eſt, licentia docendi, gerendiq; in eccleſia quæcunq; libuerit, hoc eſt, quæcunq; plurimũ ipſis adferant opum, potentiæ, & delitiarũ, nemine iam audente illis obſtrepere, reſtituatur.

Deinde precamur et huius ueniam, quod ubiq; ferè ſimpliciter Eraſmũ, obmiſsis dignis tanto uiro præfatiõibus, uocauerimus. Nouit enĩ chriſtus iſtuc nos nequaquam feciſſe, quod is non maximi nobis habeatur, ſed ne uideremur ex eodẽ ore calidũ & frigidũ efflare, ſi nunc magnificis titulis ipſum ornaſſemus, nũc tribuiſſemus ĩnocuos chriſti confeſſores, multo atrociſsimis mendacijs, nimis friuola credulitate à perditiſsimis famigeratoribus receptis, quantum in ipſo eſt, lanienæ offerre, utcunq; iſtuc inconſultæ cuidam ac temerariæ

riæ iræ imputemus, non odio & malitiæ. Deinde scribit ipse ad Oecolampadiũ. Optimũ erat hoc temporũ statu à uobis nec laudari nec uituperari, quod si nõ queat obtineri, suggillari malim, quã prædicari, præsertim noster. Iam cũ Christi esse nos nihil dubitemus, haud possumus quenquã laudare solide, nisi eundẽ nostrũ quoq; faciamus.

Quæ uero de nostra, nostrorũq; innocentia, et pietatis studio ipsa ueritatis defensio extorsit, nemo eo rapiat, quasi uideri uelimus prorsus nihil esse apud nos reprehensione dignum. Et falsi, & infirmi fratres nobis nusquam desunt, ac cogimur sæpe non tam demirari, quàm deplorare adeo parum Euangelici uigoris relucere in uita, cum datum sit nosse tam multa non infeliciter. Interim tamen magistratuum nostrorum, noster, & minime paucorum ex plebe animus, recta ad Christum suspicit, nihil in omni uita prius, quam huic uiuere quærit. Sicq; proueniunt fructus spiritus, quamlibet parum fœcundæ arbores simus, ut sint nobis Christo agẽdæ gratiæ de profectu, quẽ hoc nostrũ Euangelion attulit, tam abest ut nemo ex eo factus sit melior, deteriores plurimi.

Postremo cum ipsissimũ Christi Euangelion, à quo solo salus recte petitur, germanum Christi gregem, pro quo ille uitam dependit, hic de

fendere ſuſceperimus, fatemur, alia cura, alia opus fuiſſet dexteritate, præſertim cum res ſit cum uiro eloquentiæ prorſus immitabilis, ſed ui ſum Domino eſt, noſtra ut reliqua, ita & hac in parte humilia eſſe, & crucem referre. Quare infantem & illatinam hanc defenſionem ad accuſationem multo facundißimam boni conſuletis, maxime cum ut in præfatione diximus, noſtra ſola ueritate, & afflatu ſpiritus ſancti nitantur. Non poteſt ne nos quidem mundus planè noſſe, cum ignorat cui nos addiximus. Condonabitis & illud, quod non ad mercatū hunc Francofordien. hanc Apologiam dederimus. Nec enim nobis antequam Typographi iam Emporiū peterent ſcribere, neq; ipſis excudere uacabat. Ne tamen & altera commoditas libellos ad uos tranſmitendi præteriretur, nō tam acceleraūimus omnia, quā præcipitauimus. Modū Epiſtolarem multum exceßimus, ut iam propè ridiculus ſit Epiſtolæ titulus. Neq; enim animus erat, ſcriptum adeo extendere, quia quàm fœcunda criminum eſſet Epiſtola Eraſmi, non ſatis perpenderamus. Præcabimini dominū, ut det utriſq;, ac oībus qui ipſius nomine cenſentur, idoneos nos ipſi miniſtros, non minus per malam, quam bonam famam exhibere, & ſummopere ſemper cauere, ne quando meritis

ritis mundus obloquatur, sed bonam perpetuo conscientiam, tueri, quo tandem pudefiant hi, qui incessunt nostram bonam in Christo conuersationem. Idem parumper adflictos uos, instauret, fulciat, roboret, stabiliat. Ipsi gloria & imperium in secula. Amen. Salutant uos fratres & symystæ. Salutate uos inuicem nostris uerbis. Argentorati. XXII. Cal. Mai. M. D. XXX.

Petrus Schæfer, & Iohan. Apronianus communibus expensis excudebant.

ERRATA.

A.3.pa.8. 2.linea.9.nolumus.A.4.p.1.L.10.uoceq; et scriptis.A.6.p.1.L.20.Deniq;.p.2.L.17.adget.A.7.p.1.L.9.παροξισμὸς.A.8.p.2.L.10.immania.L.15.Orbonã.B.2.p.2.L.12.aggrediamur.L.14.susceperius.D.2.p.1.L.3.oratio.D.5.p.2.ad marginẽ.pro defunctis.E.2.p.1.L.19.post eos:dicebat.E.5.p.1.L.6.quibus.F.2.p.2.L.16.lucratuaris.F.3.p.2.L.19.istis.F.4.P.1.L.1.adnumeraueri mus.L.3.detorserimus.p.2.L.5.astruerent, nõ effluere.L.11.per Magistratũ Christianũ.H.1.p.1.L.5.est.L.14.pro tamen: tum.p.2.L.1.uitæ.L.12.suæ.H.2.p.1.L.7.luculentã.p.2.L.3.pro cum:tamen.L.15.lenitas.L.19.mactationi.I.4.p.2.L.24.specimen.I.6.p.1.L.26.indignum.K.6.p.1.L.2.secuerit.p.2.l.3.pro stultum:sanum.